ANTONII DE VIRGILIO

IVRISCONSVLTI ORIVNDI

DIGNISSIMAE CIVITATIS SACCAE, & ciuis Felicissimę Vrbis Panormi, apud suprema Siciliæ tribunalia causarum patroni

TRACTATVS NOVVS.

DE LEGITIMATIONE PERSONÆ IN IVDITIO COMPARENTIS opus omnibus Aduocatis, & Procuratoribus pernecessarium, & vtilissimum in quo diligentissime tractatur de legitimatione perso-ne

Infantis
Maioris infante
Adulti in causa ciuili
Adulti in causa criminali
Filijfamilias
Serui
Tutoris

CVRATORIS.
Ad litem
Adulti
Ventris
Hæreditatis iacentis
Absentis
Furiosi, mencapti, vel prodigi

Mulieris
Monaci
Monasterij, siue Ecclesiæ
Confraternitatis, artis, siue vniuersitatis
Banniti
Excommunicati
Procuratoris
Periuti
Et de alijs personis, quæ pro se, vel pro alijs in iudicio stare non possunt.

Cum duplici Indice, altero capitum, & altero materiarum.

CVM PRIVILEGIO.



PANORMI, Apud Ioannem Baptistam Maringum. M. DC. XXIV.

DON ANTONIO
QVINTANA DVEGNÆ
MARCHIONI FORESTÆ,
ET SANCTI GEORGII.

Excellentiſsimi, olim, Siciliæ Proregis Conſultori Regio, Regijq; Patrimonij Protectori: Nunc in ſupremo rerum Italicarum Conſilio, Potentiſsimi Philippi IIII. Regis Noſtri Conſiliario, & Regni Siciliæ Regenti, ac Decano Meritiſsimo.

ANTONIVS DE VIRGILIO S.

VEREOR plane Illuſtriſsime domine, ne dum ego legitimationem perſonæ in iudicio comparentis examino, legitimationem huius Operis iam nunc in hominum iudicio comparentis, recte examinarim, adeoq; dum illegitimos acriter arguo, me metipſum legitime accuſem. Mitto nunc ſciolos illos, quos in iudicium venire piget, & alios, qui iam veniunt derident, ijs profecto ſimiles, qui claudi cum ſint, ambulare vix valent, & ſaltantes, currenteſue, ſubſamnant. Verum perſepe factum eſt, vt is, quem heros aliquis ſuo perilluſtri patrocinio comitatur, quamuis illegitime in iudicio appareat, legitimus iudicetur; atque id ipſum huic imperpulito operi fortaſſe continget, tuo ſcilicet Illuſtriſsimo, inſignito nomine, tuo ſtegmate decorato. Si quę enim authoritatum infirmitas, ſi quæ turpitudo ſermonis, ſi quæ ſententiarum arrogantia in eo deprehendatur, propugnaculorum firmitate, liliorum candore, ac ſanctæ Crucis humillima ſignatura, quibus tua

ftegmata fulciuntur, vel certe euanefcet, vel minuetur, vel vtcumque latebit. Taceo quod fortaffe ftegmatici volucres (fic mihi aufpicari liceat) idem vndequaque per orbem gloriofe deferent, Angelus vbique cuftodiet, & corona non ignobile tandem reddet : quemadmodum eadem fane infignia fingularem tui animi fortitudinem, finceritatem eximiam, atque incredibilem religionem, Turri, lilio, & Cruce funt aufpicata; quo deinde factum eft tuum gloriofifsimum nomen ferant per ethera volucres, tollant Angeli ad aftra, præftantifsimamque Coronam elargiantur, aut præparent. Interim hoc munufculum qualecumque fit ne defpicias, ci enim qui, Turri, lilio cruce decoratur conftantifsimam erga te feruitutem, animi puritatem, ac religiofiffimum obfequium, quæ præfertim hoc munere impertior dedignari non licet. Vale. Dat. Panorm. 4. Ianuarij 1624.

ANTONINVS SCAFFINVS
MESSANENSIS SICVLVS V.I.D.

AD LECTORES.

SEpe mihi naturæ munera (Candidissimi, ac præstantissimi Lectores) animo repetenti verissimum illud stoycorum videri solet, quæcunq. a natura ipsa genita essent omnia ad vsum hominum esse genita homines autem hominum causa esse procreatos, vt sibi inuicem quacũq; possent ratione auxilio forent, proinde quantũ quisq; ingenio, quantùm opere, & labore assequi posset, tantum in communem hominũ societatem conferendũ esse. Et quia vita breuis, ac incerta qua fruimur sensusq. habens, negligẽtia torpor, multimodà diuersorum occupatio nos pauca scire permittunt, & quæ plerumq. sunt scita iugiter excutit, &, excellit fraudatrix obliuio memoriæ inimica, necessarium fuit. vt prouidentia Diuina in remediũ infirmitatis humanę litterarũ vsum mortalibus exhiberet, ut per illum, quę gesta sunt, & geruntur conseruentur in euum. Quibus rationibus motus (ingeniosissimus, & nunquam satis laudatus Author illius dignissime Ciuitatis Saccæ oriundus Nobilis. ac iure quidem non minus generis quam virtutis nobilitate clarissimus. Qui non satis laudari potest, cum omnis laus eo inferior, & omni laudi ipse superior) & multis alijs, & amicorum meritissimorum virorumque admonitionibus precibusque in animum se induxit compilandum opus vtile, & omnibus pernecessarium. de legitimatione personarum in iudicio comparentium, en vobis igitur volumen de legitimatione personarum in iudicio comparentium, opus, & opus quidẽ in omne tẽpus commendandum, atq. omnium omnibus laudũ praconijs extollendum: etenim facili negotio viam aperit, vt probe dignoscere possitis, qui & quales sint, quibus iudiciorum copia late pateat, quiq. è contrario, & quales sint, qui a iuditiorũ limine arceantur. Id autẽ quanti intersit in agendis negotijs, quæ iudicio includuntur, experientia rerũ magistra nos docet. Quid enim prodest actiones edere, nisi cum legitimo reo actor legitimus plane congrediatur. Et, profecto si secus euenerit iudicium nullũ constare poterit, Huc igitur accedite causidici, & pragmatici omnes, cursum addite, celerate plante, hinc forensium negotiorũ germanam praxim exhaurite, hinc actionũ instituendarum normam elicite, hinc quo causa suo marte discurrant, modum addiscite. Et, opus quidẽ moderne iudicialis opinione sub breuiori, & clariori cõpendio quod fieri sibi possibile erit, vt eo mediante facilior via sit administrandũ, consulendũq. Cum dementia sit in hac tanta tẽporis egestate superuacua scribere, & quoniã inter cetera, quæ vtilia sunt causidicis, & pragmaticis prouisum. Qui propter temporis breuitatem, vel pronuntiam, studere in tot tantisq. voluminibus nequeunt hoc opusculum fore vtile. Tum quia viam si nescias qua aduelinolum illud omnium iurium mare deueniẽdum amnem aperit, qua mediante, nil est tam difficile in mari illo, etiam si diuina, si ciuilia, & tandem si vtriusq. communia tractet quod illo duce primo non tibi pateat intuitu, cuius quanta sit præstantia, quanta eruditio, quantusq; isto in sepius legendo fructus, aut facile tibi persuaderes nisi te illud ad manus tenens in amplum portum vtriusq; iuris expertissimum redderet; quamobrem si veteris iuris prudentiæ dogmata suis quibusq. negotijs aptare, si vobismetipsis magnam gloria laudem comparare studetis, in eam præcipua curam incumbite, vt quæ personæ iudicio contendunt vndiq. legitime videantur. His enim scite, solerterq. dispositis, tum demum iudicio succus, sanguis, color, & quasi robur accedet. Valete.

summaria,lege,summario,in præelud.nu.1.fog.2. lin. 20.col.1.
citatorio,lege,citatoria,in prælud.f.5.n.13.
de probationinibus, lege, de probationibus, in prælud.n.14.col.2.lin.8. f.5.
colligitue,l.colligitur,in prælud.f.6.n.16.col.2.l.23.
prodigijs,l.prodigis, in prælud.f.6.n.17.l.8.
redde,l.reddo,in prælud.f.6.n.17.l.15.
.C.de qui legit,l.C.qui legit.c.1.n.15.lin.7.f.10.
Morantam,l.Marantam c.1.n.15.in fine 10.
perierit,l.petierit,c.1.n.23.f.13.col.1. l.17.
de communi,l.de iute communi c.3.f.17.l.2.
donfessio,l.confessio,f.18.c.3.n.5.l.4.
catens,l.carens,f.18.c.3.n.5.col.2.l.5.
Commutendo,l.comburendo,f.19.c.3.n.7.col.1.l.2.
Aduertus,l.Aduertas, f.20, n.12. col.2.lin.21.
procedont,l.procedunt,f.20.n.12. in fine.
habente in 3.habente interesse, l. habente intaresse, f.24. n.8.l.3.
Aduocatur,l.Aduocatus,f.24.n.9.l.3.
sed hoc rerum,l.sed hoc verum,f.24.n.12.l.2.
est est demente,l.est demente,f.28.n.3.l.1.c.3.q.3.
Assessorium,l.accessorium,c.3.q.3.f.30.n.11.l.14.
et,enim,l.etenim,c.3.q.3.f.30.n.11. col.2. l.2.
implicuit, l.implicite,f.30.n.11.col.3.l.3.
te net,l.tenet,f.34.n.11.l.1.
dicen cendum,l.dicendum,f.35.n.15. l.2.c.4.
Infans,l.infante,f.36.n.15.col.1. lin.13.
iurate, l.iurate.c.4.n.17.f.36.col.2. l 13.
ipse,l.ipse,c.4.n.17. f.38. in fine.
qcqqd,l.quidquid, c.5.n.2.l.1. f.49.
n.11,lege.n.12. in summar.c.5.n.11. f.48.
n.12. l.n.13.& sic de alijs summar.c.5.a n.12.vsque ad n.17. f.48.
n.4.l.n.12.c.1.n.12.l.20.

ofucio, l.officio,c.6.n.5.f.53.l.1.
Tutores,lege,Tutores,c.6.n.5.f.53.lin.3.
uon,l.non,c.6.n.9.lin.15.col.1.f.54.
Mulieris,l.Mulieribus,c.8.l.1.f.61.
Nequeunet,l.nequeunt,c.9.n.26.l.4.f.21.
Ad intiam, l. ad instantiam,c.11.n.1.col.2.l.3.f.73.
.C. , l.C.de postlim.reuersis,c.10.n.1.l.15.col. 2.f.73.
Considerat,l.Considerant.c.10.n.2.l.9.f.73.
ut is quę,l.vt is qui,c.10.n.2.f.74. l.22.
quos,l.quod. c.10.n.8.f.76.col.1. l.8.
isto duo,l.ista duo,c.11.f.84.n.13.l.9.
cap.13. lege, c.12. f.105.
n.23. l.n.25.& sic de alijs f.107.c.12.
aliquid onus, l.aliquod onus.c.12.n.25.f.107.col.2.
n.16. l.n.15. c.14. f.118.col.2.
cap.16.l.cap.17.f.128.
potast. lege,potest c.18. n.5.l.3. f.142.
sydacum, l.syndacum c.20.n.vlt.f.153.col.1. l.25.
tox l. tex.c.21.n.8.f.157.l.5.
bana l.bona f.157.n.9.l.vlt.col.2.
competi,l.compori c.21.n.15.col.1.f.159.l.14.
accusare vel poterit, l.accusare vellet potetit c.20.n. 12.col.2. l.9.f.152.
obligari, l.obligare c.20.n.15.l.7.f.152.
decernunto,l.decernunt,c.23.n.6.col.2.l.11.f.162.
inuitus,l.inuitis c.25.n.6. l. 2. f.170.
Curalium, l.Curialium c.23.n.7.col.2.l.5.f.163.
alias, l.alia c.23.n.10.lib.11.f.163.
substinendo, l.substituendo,cap.23.nu.10.col.2.l.1. f.163.
Ah.lege,ob.c.24. n.12.l.57. col.2.f.166.
plaribus, l.pluribus f.185. c.28. col.2.l.3.
adaertit,lege aduertit f.185.col.2.l.30

CAPITA TOTIVS OPERIS.

FINIS.

ANTONII DE VIRGILIO.

TRACTATVS NOVVS.

De legitimatione persone in iuditio comparentis.

SVMMARIVM PRAELVDII.

1 *Legitimatio persona in quolibet iudicio est necessaria, scilicet ordinario summario, & executiuo & omni alio iudicio quantumuis priuilegio, & bulla.*

2 *Exceptio legitimationis persona si fuerit opposita aduersarius tenetur legi timationem persona probare plene.*

3 *Reus si opponit actorem non audiendũ nec procedendum ad vlteriora nisi legitimata persona quando impediat litis ingressum.*

4 *Legitimatio persona si non fuerit opar te petita Iudex ex officio debet inspicere an persone in iudicio comparentes sint legitima.*

5 *Actor probare debet se esse talẽ qualis comparet etiam vbi reus esset contumax.*

6 *Actor tenetur nõ solum personam suam legitimare, sed etiam rei conuenti quando illum conuenit alieno nomine, puta, vti haredem vel vti procuratorem.*

7 *Ampliatur etiam si reus fuisset contumax.*

8 *Iniunctus ad subeundũ super positionibus si fuerit cõtumax an & quãdo habeatur pro confesso.*

9 *Agens vti hares plenè probare debet mortuũ esse eum cuius vult esse hæres item docere debet de solemni testamẽto vel per duos saltim idoneos testes ipsum esse proximiorẽ si agatur de hareditate ab intestato.*

10 *Citans aliquem vti haredem, vel vt procuratorem an videatur illius personam approbare, & quid data scientia.*

11 *Cautela vt quis citari possit sicut procurator vel sicut hares, & eius persona non censetur approbata.*

12 *Citatus quatenus non censetur habilitatus.*

13 *Clericus citari potest quatenus etiam coram layco.*

14 *Actor quis dicatur, & an qui excipit dicatur agere.*

15 *Actor quis dicatur in terminis legis si contendat ff. de fideiussoribus, & an clericus possit declinare forum.*

16 *Agens remedio legis si contendat, vel l. diffamari tenetur instrumenta sua adere sicut quilibet alius actor.*

17 *Agere & conueniri possunt omnes regulariter.*

A PRÆ-

PRÆLVDIVM.

In nomine Domini Nostri Iesu Christi. Amen.

1 SOLENT sacrosanctæ legalis disciplinæ Professores in iuditijs ante omnia de habilitate personarum perquirere, habilitas enim, & legitimatio personæ est necessaria in quolibet iuditio, ordinario, summario, & exequutiuo, prout, in ordinario declarat text. in l. non ignorat C. qui accusare non possunt, & l. si quæramus, ff. de testa. vbi colligitur quod in primis quærendum est de personis, ne aliàs totum iuditium reddatur elusorium, & nullum; cum defectus inhabilitatis personæ in iudicio comparentis reddat actum retro nullum. Vant. in tract. de nullit. in rubr. quis possit dicere de nullitate nu. 44. in iudicio summaria loquitur Bar. in l. 2. nu. 3. C. de edict. Diui Adrian. tollend. & Vant. dicto tract. de nullit. dicta rubr. & dicto numero. Et in rubr. de nulli. ex defectu inhabilitatis, seu mandati nu. 3. & alij, quos allegat, & sequitur Neuiz. cõs. 16. nu. 1. & cons. 18. nu. 4. Sigismun. Scacc. in tract. de iudicijs, lib. 1. c. 62 q. 11. n. 24. & Menoc. de recuperand. poss. remed. 15. n. 272. cum seq. & de exequutiuo, quod in eo debent legitimari personę. Idem Neuizan. cons. 18. nu. 3. Flamin. Cartarius decis. 32. num. 1. & sequent. Et vbi agitur de exequutione instrumẽti obligatorij ad formam Cammerę. Galesius ad formam Cammeræ obligat. quæst. ad 4. par. q. 1. nu. 1. tom. fol. mihi 354. Et licet extet statutũ quod contra instrumentum publicum nulla admittitur exceptio, tamen admitti debet exceptio illegitimitatis personæ. V.G. quod non potest esse in iudicio, quia est minor excommunicatus, vel Bannitus, & similia de quibus infra; & de nostratibus scripsit, Cumia super Ritu istius Regni cap. 16. num. 53. Maurus Burg. de laudemio p. 3. inspect. 40. nu. 41. & Carolus de Grassis in tract. de exception. exception. 4. vbi allegat Menoch. Mascard. Cassaneũ Cartarium Io. Andream, & alios.

Ratio est, quia statutum prohibet opponi exceptionem contra instrumentum, sed istæ exceptiones sunt contra Personam. Bar. in l. j. §. & par ui. ff. quod ui aut clam. latè Burgius vbi supra. Mastrill. decis. 258. & similiter quod ista exceptio admittatur in bulla super censibus non obstante priuilegio pragmaticæ tenet Pet. de Gregor. super bulla q. 8. n. 4. Milan. dec. 1. n. 16. & dec. 3. n. 138. lib. 2

2 Hinc est quod opposita exceptione illegitimationis personæ aduersarius, tàm ĩ causis Ordinarijs quàm in summarijs, & exequutiuis tenetur habilitatem, & legitimationem personæ probare plenè per supradicta, & maximè quando actor compareret nomine alieno, idest quando venit ex iure alterius personæ, vt puta, nomine hæreditario tamquàm hæres, quia debet docere se esse hæredem, Bald. cons. 374. Quæritur vtrũ nu. 3. vers. super secundo lib. 4. Alij quos allegat, & sequitur Beccius consil. 75. n. 6. lib. 1. Flam. Cartarius decis. 33. nu. 1. & sequent. Mascar. concl. 1253. lib. 3. num. 1. Cornazan. dec. 100. uum. 6. Carauita super Ritu 191. num. 7. Afflι. super const. exceptionem filiationis num. 2. Muscatell. in sua praxi p. 2. glo. comparens num. 11. Milan. dec. 1. num. 40. lib. 2. Mastril. dec. 258. nu. 3.

3 Et quãdo Reus opponit actorem non esse audiendum, seu nõ esse procedendum ad vlteriora in causa nisi legitimata eius persona tunc si actor agit

agit alieno nomine vti procurator tutor vel similis, & non posset audiri nisi legitimata persona, & Processus aliter factus esset nullus. Secundũ omnes, vt testatur Dec. conf. 275. n. 2. & in Regno nostro hæc exceptio discutitur, & admittitur, ut dicitur alla dritta; si vero iudiciũ fuerit per actorem tentatum nomine proprio, licet non simpliciter, sed cum qualitate hæreditaria, & tamquam alium repræsentans, & tunc quicquid sit de iure communi hodie in Regno per constitutionem exceptionem filiationis non impeditur litis contestatio, sed talis exceptio reseruatur ad merita causæ non obstante oppositione partis, vt ex Affl. Carauita, & Muscatello testatur fuisse decisum in M.R.C. & in Cõsistorio dec. 258. Mastr. Quinimo si non fuerit oppositum de legitimatione personæ Iudex ex officio debet inspicere an personæ in iudicio comparentes sint legitime Zabarella cons. 72. vers. dubita Decian. cons. 37. n. 64. lib. 3. Riminald. iun. cons. 494. num. 20. lib. 5. Cartarius dec. 33. num. 8. & Crassus exception. 4. nu. 6. Quare siue Reus citatus sit contumax, & ideo non opponat, siue compareat, & de inhabilitate, seu illegitimatione personæ non opponat, actor debet probare se esse talem, qualis comparet alias non potest obtinere, & procedit regula, quod actore non probante, Reus absoluitur Decius cons. 61. nu. 1. Decian. cons. 24. n. 64. lib. 3. Pedamontanus dec. 108. n. 8. & 9. Ludou. dec. Luccæ 2. nu. 11. Ant. de Amatis dec. 80. nu. 2. quidquid velint Mascar. concl. 1253. nu. 11. lib. 3. Ludou. & Duenna quos allegat Antonius de Amatis dec. 80. nu. 7. dubitans de eorum opinione, nam contrarium tenẽt prædicti, & sequuntur Vant. de nullitat. sententiæ ex defectu inhabilitatis personæ agentis Stracca de affec. gl. 29. n. 4. Burgius p. 3. in spec. 40. nu. 47. Crassus exception. 4. in fi. Cumia super Ritu cap. 42. num. 33. Marant. in speculo aureo p. 6. mẽb. 5. nu. 2. 3. & 4. est verũ q si Iudex posset ex officio supplere posset etiam non legitimam personam audire. Vant. de null. cap. quis potest dicere de null. n. 12. in fi.

4

5

Et non solum actor personam suã (vt diximus) legitimare tenetur, sed etiam Rei conuenti, quando illum conuenit alieno nomine, Puta, vti hæredem, & similiter Bal. cons. 374. nu. 2. lib. 4. & in l. per diuersas quæst. 10. C. mandati, cum alijs, de quibus per Alexan. & alios in l. postulante colum. penult. ff. ad Trebell. & in l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iudic. Decius cons. 449. num. 8. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 77. nu. 42. & 62. Socynus consil. 120 colum. 6. vers. sed tamen adhuc lib. 1. qui hoc concludit ex dupplici regula, vt ibi per eum Alexand. consil. 186. volum. 2. & consil. 96. volum. Felynus in capit. Quia, colum. pen. de iudit. Roland. a Valle consil. 20. nu. 8. & sequent. & num. 15. 18. vbi alios allegat & testatur de magis cõmuni Boerius decis. 10. num. 2. Menoch. cons. 82. num. 218. & in tract. de adipiscend. possession. remed. 3. num. 56. Grammaticus decis. 15. nu. 10. Mascar. concl. 1253. num. 2. lib. 3. Et procedit etiam si Reus conuentus vti hæres sit contumax, quia ad huc nisi Actor doceat illud esse hæredẽ Reus non potest condemnari; Scaccia de commercijs, & cambijs, §. 7. Glos. 5. num. 28. vbi num. 29. tenet etiam si Reus sit contumax in respondendo in interrogatorijs, quibus interrogandus erat, an sit hæres, quia ad huc non habetur pro confesso, nisi concurrentibus duobus de quibus infra. Alexand. cons. 188. num. 1. 2. lib. 2. Nam &

7

si contumax non respondendo interrogatorijs habeatur pro confesso. vt notat etiam Scaccia de iudit. lib. 2. capit. 7. num. 504. Tamen ad hoc vt non respondens, habeatur pro confesso, duo copulatiuè requiruntur. Primum quod sit seruata forma capit. 2. de confessis in 6. vt notant Bart. & Curt. quos allegat & sequitur Scaccia de iudit. lib. 2. capit. 7. nume. 507. Alexand. cons. 188. num. 1. 3. lib. 2. tex. in dicto cap. 2. de confess. in 6. Hoc dicit si post præstitum veritatis, aut calumniæ iuramentum Reus, vel procurator ipsius positionibus ab Aduersario sibi factis interrogatus iussusq; à Iudice respondere absque rationabili causa recuset, aut nolit, seu contumaciter se assentet haberi debet super his, de quibus in eisdem positionibus interrogatus extitit pro confesso.) Verum si antequam respondere sic iussus fuerit, eum contumaciter absentari contingat,)tunc pro confesso non debet haberi, sed est aliàs contra eum, tamquam contra contumacem, prout ratio ditauerit procedendum. Secundum quod hæc confessio possit præiudicare sibi soli, & non alteri, & nulla ex tali confessione sibi acquiratur vtilitas, ita vt possit dubitari de collusione inter Actorem, & Reum; quia aliàs aperiretur via collusionibus si quidē hac via posset aliquis affettare se condemnari, vti hæredem alicuius, vt quasi per sententiam Iudicis canonizatus hæres illius magis intricet litem ad eius, vel alterius instantiā motam, vel mouendam super illa hæreditate, & ideo Iudex tali confessioni stare non debet, vt notat Scaccia de cambijs, vbi supra num. 33. Ideo quando aliquis agit vt hæres alicuius debet legitimè & plenè probare, in primis mortuum esse eum cuius vult esse hæres, & secundo debet docere de solemni testamento, si vult esse hæres ex testamēto, vel per duos saltim idoneos testes concludentes ipsum esse proximiorem si agatur de herede ab intestato, & non statur assertioni ipsius dicentis, se hæredem, vel proximiorem, & qui vult vti hæres adhire hæreditatem, & de inde in iudicio comparere, necesse est, vt veniat per modum, vt supra idem Scaccia de cambijs §. 7. glos. 5. nume. 34.

Sed dubium est quid, quando Actor citat aliquem vti hæredem, uel vti Procuratorem alicuius, an videatur approbare illius personam, adcò quòd non possit contradicere, nec impugnare. Cepolla cauthela 78. 203. Neuizanus cons. 17. num. 8. tenent quod sic & eo ipso quòd quis fuit citatus, seu intimatus sibi competit comparere, & contradicere, quæ incumbunt etiam quod aliàs esset. Inhabilis, pulchra est doctrina Angeli in l. filius famil. §. ad defendendum, ff. de procuratorib. & clarius in l. si suspecta vers. quando vocatur ff. de in offic. testamento Bald. in l. 2. circa finem, C. de pactis post Innocentium in capit. Cum inter possessorem extra de exception. Marianus Soccynus in capit. Quoniam frequenter §. quod si super extra vt lite non contestata Grammaticus cons. 1. post. decisiones num. 2. Cassaneus super consuetud. Burgund. §. 6. rubr. 13. fol. mihi 374. vbi tenet quòd licet seruus non possit regulariter esse in iudicio per text. in l. vix certis, ff. de iudic. tamen potest se ipsum defendere, si ei nuntiatum fuerit, & similiter Monacus licet regulariter non possit in iudicio sine consensu superioris comparere, tamen si quis Monacum ad iudicium vocaret non prohiberetur comparere faciunt notata per Marsilium de fideiuss. num. 69. Tuschus concl. 263. num.

n.4. Castren. cõs. 12. lib. j. Cancerius cap. 1. nu. 65. lib. 3. & hæc vera sunt data scientia secus si citans ignoraret citati defectus, quia tunc poterit etiam eius personam in probare Maranta par. 6. cap. aduertatur circa op positiones, num. 56. & talis ignorantia probatur iuramento proprio gl. in c. proposuit 7. dist.

11 Et ideo Neuizanus d. consil. 17. num. 7. dicit concipiendam esse citationem asserto nomine, idest assertus heres, assertus Procuratur, & similiter.

12 Est verum quod si quis fuerit citatus quatenus sua putauerit interesse non censetur habilitatus nisi probauerit suum interesse Castrens. in l. libertus, ff. de in ius vocando, Angel. consf. 98. Intrig. singul. 335. lib. 1. Burgius de laudem. par. 2. inspect. 5. in fine, Capic. Rot. Gen. & alij, quos Giurba decis. prima, num. 20. & ideo non efficitur legitimus contradictor nisi doceat de interesse Grammat. dec. 61. Farinacius quest. 8. num. 88. cum sequent. Ista enim citatio non dicitur artatoria, sed in citatorio adeo quod etiam Clericus citari potest quatenus coram layco, & non dicitur Reus necessarius, sed Actor voluntarius, & potest si vult in iudicio layci comparere coram quo si docet de possessione, vel suo interesse principali remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum aliàs sic citatus diceretur legitime conuentus Farinac. vbi supra.

13

14 Est autem Actor in iudiciorum tractatu is qui ad iudicium prouocat, idest, qui asserit iudicio aliquid dari, fieri, & solui debere, vt colligitur ex l. 2. §. final. ff. commun. diuidundo, & in l. in tribus, ff. de iudicijs l, Actor C. de probationib. Mastrill. decis. 239. num. 13. & in præiudicialibus actionibus is Actoris partes substinet, qui proponit intentionem secũdum id quod intendit text. in l. Generaliter in præiudicijs, ff. de actionib. Agere etiam is videtur qui exceptione vtitur, nàm Reus in exceptione Actor est l. 1. ff. de exceptionib. quia probare tenetur quod anteponit excipiendo l. in exceptionibus, ff. de probationinibus nisi id quòd anteponit sit pura negatio cuius non est per rerum naturam probatio cap. Quoniam contra de probationibus, & l. 2. ff. eodem & licet Actor dicatur etiam is qui excipiat non tamen actionis verbo venit exceptio, quia est actionis exclusio, vt in l. verbum oportebit §. Actionis ff. de verbor. signification. & in §. 1. institution. de exceptionib. l. 2. ff. eodem.

15 Sed quid in terminis legis si contendat, ff. de fideiussorib. quis dicitur Actor quisuè conuentus, & an Clericus possit declinare forum Castrens. in l. 2. C. de iurisdictione omnium iudicum, & Afflict. post Abbatem, & alios decis. 268. tenent quod sic ex duabus rationibus, primo quia prouocans aliquem ad iudicium censetur Actor dicta l. in tribus, ff. de iuditijs, sed diffamatus est, qui prouocat ergo ipse est Actor. Secundo quia Actori incumbit onus probandi non Reo l. frustra, C. de probation. & Actore non probante Reus absoluitur, sed in hoc iudicio Prouocans tenetur probare diffamationem igitur est Actor.

In contrarium est communis opinio doctorum, vt Clericus Conuentus hoc iudicio non declinet forum Capicius decis. 18. in numeros Doctores allegat Don Garsia Mastrillus decis. 139. vbi testatur sic fuisse decisum per Consistorium, & quod diffamatus non dicatur Actor, sed Reus Gail lib. 1. obseruat. capit. 9. nume. 7. & obseruat. 12. num. 4. vbi infert Actorem sequi forum Rei, &

& consequenter diffamantem teneri comparere, & stare in iudicio fori ipsius Rei diffamati, & testatur de communi praxi idem probat post multos Mising. obser.cent.1.c.90.n.3. Osasc.dec.151.n.3. sequitur Vuesemb. cons. 96. vbi diluit contraria Vrsill. ad Affl. dec.268. Schrad. de feudis p.10.sess.19.n.181.& sequen. Rauden.cōs.21.n.348. In primo plurimos adducit Fab.de Anna cōs.58. n.9. Hect.Felic. Alleg.7. lib.3.nu.7. vbi testatur de communi Menoc. de arbitrarijs iudicum casu 98.n.7. Pacian.de probat.lib.1.c.56.n.24.vers. in contrariū vbi testatur de veriori opinione Contard.super l.diffamari q.j. C.de igenuis, & manumissis Carpan.super statutis Mediolani p.1. c. 46.n.26. Marant. de multiplici alienatione, n.350.nouissimè alios adducendo Bernard. Greui lib. 1. concl. practicarum cameral.concl.9.concl. 1.per tot.Bardellon.cons.1.& n.3. & extendit conclusionem etiam si diffamans sit nèdum eques Hierosolymitanus, sed etiam si fuisset Episcopus, seu alius Prælatus, quia pōt nihilominus trahi corā iudice layco maximè quando res de qua agitur est in iurisdictione iudicis diffamati, vt post Alexand.& alios notat Capicius dicta decis. 18. & de magis communi Didacus lib.i. variar. resolution.capit.18.num.5. Gabriel titul.de actionib.concl.6.num.4. iuncto nume.41. Contardus dicta quæst. 1. Osascus, & Carpan.vbi supra, quidquid dicat Vinc.de Franc.dec.657.quia Doctores communiter tenent contra eum.

16 Quinimò conuentus, vel remedio legis diffamari. C. de ingenuis, & manumissis, vel remedio legis si contendat, ff. de fideiussoribus instrumenta sua perinde edere tenetur secundum Purpuratum l.final.C. de edendo Antonium Gabriel titul. de actionib. conclus. 6. nume. 43. sicut quilibet Actor Reo instrumenta sua etiam ad intentionem fundandam edere cogitur text.in d. l. final. vbi omnes, C.de edendo Abbas, & Decius cap.1. extra de probationibus, & is qui ex l. diffamari, vel l. si contendat experitur omnibus beneficijs reis Indultis fruitur, & è conuerso conuentus Actoris onera substinere cogitur Antonius de Butrio c. in præsentia de probationib. Decius in l.fauorabiliores, num.2.& ibi Cagnolus num.4. ff. de regul. iuris & subdit Schraderius de feudis part. 10. sess. 10. num. 184. quod conuentus ex istis legibus dicitur Actor nō voluntarius, sed necessarius, & ideò si sit minor, vel Pupillus Curatore carens cogitur Curatorem ad litem inuitus suscipere per tex.in l. ait prætor.§. permittitur iuncta Gloss. in verb.ex constitutione, ff.de minoribus, ex quo tex.colligitur cum Glos. quòd debitor agens contra creditorem minorem petere potest, vt creditor conuentus si is sit minor ad petendos sibi Curatores cogatur & quidem inuitus, & præcisè.

17 Et quoniam de iure regulariter agere, & conueniri possunt omnes, qui non sunt nominatim prohibiti propterea de personis, qui per se in iudicio stare non possunt particularem tractatum scribere decreuimus, scilicet de minoribus de filijs familias de furiosis, mentecaptis, seu prodigijs de Monacis, de seruis, & alijs qui in iudicio, nec pro se, nec pro alijs stare possunt, proinde si quod est in hoc tractatu quod sit dignum lectu. & quæ vtilia reipublicæ futura sint omnipotenti, & immortali Deo consecro, & vt sua sibi redde, & Rogo, vt sua iuuet, nec calumniari patiatur reliqua autem quæ humana ignorantia, & cæcitate perperam aut male cohærent emendari Rogo.

SVM-

SVMMARIVM CAP. I.

1 *Aetas hominum quid sit?*
2 *Infantia, quae dicatur?*
3 *Pueritia, quae dicatur?*
4 *Adolescentia, quae dicatur?*
5 *Iuuentus, quae dicatur?*
6 *Senectus, quae dicatur?*
7 *Decrepitas, quae dicatur?*
8 *Minores, qui dicantur in iudicijs, et in contractibus, & qui dicantur minores in matrimonijs.*
9 *Actor, siue Reus comparentes in iudicio praesumuntur aetatis legitimae, & quid in contractibus*
10 *Minorem aetatem allegans tenetur probare.*
11 *Aetatis probatio, quibus modis fiat.*
12 *Minoris persona, quomodo legitimãda in iudicio?*
13 *Pupillus solus non potest stare in iudicio.*
14 *Ampliatur, etiam si vellet dare fideiussores.*
15 *Ampliatur, etiam quod de facto fuisset admissus cum fideiussore, quia nec iudicium tenet, nec fideiussor obligatur.*
16 *Pupillus non potest solus accusare.*
17 *Pupillus, siue agat, siue conueniatur, quando est infans debet ei dari tutor, & non curator ad litem.*
18 *Fallit vbi Tutor non posset reperiri, & bona pupilli starent sub periculo.*
19 *Fallit secundo, vbi infans haberet tutorem & tutor aduersa valetudine, aut alia legitima causa fuisset impeditus nam debet dari coadiutor, id est actor.*
20 *Cum actore non potest quis litigare, nisi lis fuerit prius contestata cum tutore.*
21 *Tutrix si vult satisfieri de dotibus super bonis infantis debet dari curator ad litem, & non tutor.*
22 *Pupillo maiori infante, qui habet litem cum Tutore an inuito detur curator ad litem.*
23 *Pupillo maiori infanti habenti litem cum extraneo inuito datur curator ad litem.*

DE LEGITIMATIONE PERSONAE PVPILLI. Cap. I.

1 Scitis quod hominum ętas nil aliud est, nisi quędam mensuratio tẽporis a natiuitate vsq; ad obitum decurrens secundum Bald. cons. 19. lib. 5.

2 Et prima ętas dicitur infantia, quæ incipit ab ortu, & durat, vsq; ad annos septem completos gl. in §. pupillus Inst. de inutilibus stipulationibus Doctores in c. 1. de sponsalibus im puberum lib. 6. & in l. quiq; ff. de in ius vocando, & in l. si infanti, C. de iure deliberãdi, vbi Bar. Bal. & alij, Menoch. de arbi trarijs iudicum, lib. 2. casu 57. n. 9. vbi testatur de receptissima Doctorum sententia, & de hac ætate loquitur titulus, C. de infantibus expositis &c. Ma

scard.

ſcar.concl. 1063.n.3.

3 Secunda ætas,dicitur pueritia,quæ incipit ab anno octauo incluſiuè, & durat vſq; ad annos quatuordecim in maſculis, & vſq; ad annos duodecim in feminis,tex.eſt in §.1.inſt.quibus modo tutela finitur, Doctores in c. ſi pater de teſtamentis in 6.& in c.pueri 22.q.5. ſolét etiam iſti vocari pupilli, quod nomen pupilli prædicatur de pueris, & de infantibus, vt dicunt omnes inſtitutionibus de tutelis,in princ.

4 Tertia ætas dicitur adoleſcentia,quæ ſecundum receptã opinionem,incipit ab anno decimoquarto in maſculis, & ab anno duodecimo in feminis, & durat vſq. ad annos vigintiquinque de iure communi, ad tradd.per doctores in l.1.ff. de minoribus: ſolent,etiam iſti vocari puberes,ſiue adulti,ſiue minores,ſed nomen minoris conuenit, & prædicatur de omnibus,ſcilicet de infantibus, pueris, & adultis, ſiue puberibus, vt dicunt omnes in d. l. 1. qui minores infra hanc ætatem dicuntur habere fragile, ac infirmum conſilium,& multis capitonibus expoſitum, ideoq; tutorum,& curatorum auxilio reguntur, vt toto titulo de tutelis, & de curatoribus.

5 Quarta ætas dicitur iuuentus,& durat vſq.ad annos quinquaginta cap. iuuenis extra de ſponſalib,l.nõ aliter ff.de leg.3

6 Quinta ætas dicitur ſenectus quæ durat vſque ad annos ſeptuaginta, de qua ætate loquntur dd.in c.1.& 2. de renuntia. in 6. & Menoch. de arbit. caſu 59. vbi, quæ dicatur ſenectus arbitrio iudicis dicit remittendum.

7 Sexta ætas dicitur decrepitas,& durat vſq. ad annos centũ,de qua ætate loquntur DD. in l.fi.C.de ſacroſan. eccl. extra quem terminum annorum centum nemo præſumitur viuere. Alias ætatum diuiſiones facit Menoc.referendo multorũ opiniones in d.tract.de arbit.lib.2 caſu 57.vbi etiam quis dicatur maior infante, & quis proximus pubertati, quem quando caſus occurrit de facili quis poteſt videre.

8 Diximus,quod homines infra annos vigintiquinque appellantur minores, & non ſunt in ætate legitima cõſtituti, ſed indigent aliorum auxilio,vt tenent etiam Bar. & alij Scrib. in l.fi.ff.de his:qui ven.ætat. impetr. ex diſpoſitione vero Conſt. Regni noſtri,quæ incipit minorum iura iſta ætas redacta, & reſtricta eſt, ad annos decem & octo completos; ſupra quã ætatem,nec dicuntur minores,nec aliorum indigent auxilio, ſed poſſunt liberè contrahere,& in

iu-

iudicio cõparere, patet ibi (Minores autem tàm masculos, q̃ feminas intelligimus eos easue, qui vel quæ nõ dum ætatis sue decimum octauum annum excesserint, quo cõpleto, ipsos tã in contractibus, quàm in iudicijs, & in omnibus perfectę ętatis volumus reputari) Dixit in contractibus, & iudicijs; secus in matrimonijs, nam tunc legitima ætas in masculo, est annorum quatuordecim, & in femina annorum 12. Doctores inst. de nupt. in princ. & similiter in testamẽtis, nam ea regulantur, quoad ætatem sicut matrimomonia tex. in §. præterea inst. quib. nõ est permis. fac. test. vbi gl. dicit vnum notabile in verb. impuberes, scilicet, quod sufficit, vt attingat vltimum diem annorum quatuordecim, vel duodecim fauore testamẽti, & allegat tex. in l. qua ętate, ff. qui test. fac. poss. secus in contractibus à minore factis, & allegat text. in l. 3. §. minorem, ff. de minoribus. Item in patrono, nam si habuerit annos quatuordecim, poterit præsentare ad beneficium, & alia omnia facere, quæ spectant ad officium patroni Anch. cons. 355. Ant de Butr. cons. 29. Idem in beneficijs simplicibus, ætas dicitur legitima, si fuerit annorũ quatuordecim, vt disponitur à S.C.T. c. 6. incipit, nullus sessi. 23. de reform. secus in beneficijs curatis, in quibus requiritur, ætas annorum vigintiquinque, quia debet esse Sacerdos, Lap. alleg. 36. n. 3. & est cap. etiã S.C.T. sess. 24. c. 12. de reform. vbi disponitũ (quod nullus possit obtinere dignitates, quibus cura subsit, nisi attingerit vigesimum quintum annum) & idẽ in canonicatibus Catridalium, vt ibi.

9 Est verum, quod tàm in contractibus, quàm in iudicijs, is, qui comparet, vel cõtrahit pręsumitur ætatis legitime, prout de contractibus, loquitur Bald. in l. si minorem, C. de inoffic. testam. gl. & dd. in c. in præsentia de probat. & de iuditijs idẽ Bald. in l. ab ea in fi. ff. de prob. & in l. cum te C. de probat. nisi quis ex aspectu appareret minor, quo casu secundum magis veram opinionẽ, an minor sit, vel maior iudicis arbitrio remittitur Mascar. concl. 1063. n. 41 & 42. & ideo, †qui se fundat in ætate, eam probare debet, text. in l. si minorẽ vbi gl. Bar. & Bal. ff. de integr. rest. 11 †Et ista probatio ætatis, potest fieri, ex libro patris, & testibus cõsanguineis Ann. sing. 379. Viuius dec. 184 Mantic. dec. 25. & dec. 58. 124 & dec. 133. Item per librũ Baptismi Verallus dec. 114. lib. 1. Viuius dec. 489. (dummodo sit per ordinarium approbatus)

B Po-

Polidor. Ripa obser. 247. Item ex decreto Iudicis, ex testamento; & alijs coniecturis Aldobrandinus dec. 260. inter dec. diuers. part. 2. Nouarius collec. 187.

12 His cognitis, videamus quomodo legitimanda sit persona minoris in iudicio comparentis? & distinguendum est, aut minor habet patrem, & dic, prout infra titulo de legitimatione personæ filij familias, siue agat, siue conueniatur c. 4. n. 10. cum sequentib. Si vero non habet patrem, & tunc, aut habet tutorem, siue curatorem, & dic prout infra titulo de legitimatione persone tutoris c. 6. & de legitimatione persone curatoris c. 7. aut non habet tutorem, siue curatorem, & sub distinguedum est, aut conuenitur hæreditario nomine; & dic prout in titulo de legitimat. persone curatoris hæred. Iacent: n. 4. c. 11. Aut conuenitur nomine proprio, siue agere velit, & dic pro ut infra.

13 Pupillus solus regulariter nō potest in iudicio stare per text. in l. 1. & 2. C. qui legitimā personam standi in iudicijs habeāt l. 1. & 2. ff. de admin. tutorum l. 1. C. de authoritate præsidis Specul. tit. de actore n. 1. Am-

14 pliatur ētiā si pupillus vellet dare fideiussorē non auditur l. diē §. coram ff. de arbitr. l. cum minores C. si aduersus rē iud. Specul. tit. de arbit. §. restat videre nu. 4. † Quinimò si pupillus

15 cum fideiussoribus in iudicio fuisset admissus, nec iudicium teneret, nec fideiussores essent obligati, vt colligitur ex traditis à Guglielmo de Cuneo in l. 1. C. de qui legit. person. stand. in iudicio habēt, ubi etiam Paulus de Castr. n. 3. dicit hoc valde menti tenendum, subdens se in facto habuisse in quodā Monaco, qui litigauit sine licentia Abbatis, & fideiussores dedit tenuit ipse, nec iudicium, nec obligationem fideiussorū valere. Surd. dec. 108. n. 1. vbi allegat speculatorem Robertū Morantam, & alios, Vincent. Carrotius in trac. de exceptionibus except. 124. n. 49.

16 Et quòd non possit pupillus accusare, est tex. in l. 2. §. pupillus ff. de accusationibus, c. prohibentur 2. q. 1. c. inuiti 4. q. 3. Angel. de maleficijs vers. ad quęrelam Tirij, Gigas de crimine lęsæ maiestatis q. 7. nu. 1. Titulo qui accusare possunt, Farinat. tit. de accusationib. q. 12. n. 15

17 Hinc, siue agat pupillus, siue conueniaur in practica seruari debet Ordo infrascriptus, si pupillus est infans, vel minor infans, debet ei dari tutor, & non curator ad litem, quia curator non potest dari infanti ex doctrina Ioannis Andreæ, in addit.

dit. ad Speculatorē tit de Reo, §. 1. in Addit. Quæ incipit authoritate; & Bald. in c: 2. de milite, & vassallo, qui contumax est, Neuizan. conf. 17. nu 30. Maranta in suo speculo p. 4. c. validum, aut inualidum n. 56. fol. mihi 229. Afflict dec. 262. Caualc. de tutore, & curatore, n. 281. Guttier. de tutelis p. 1. c. 19. n. 24. Osasc. dec. 89. cum alijs allegatis à Mastrill dec. 73 nu. 1. vbi tenet, quod si infanti detur Curator, & non Tutor acta dicuntur nulla: Id idem tenet Intrigl. sing. 80. n. 60. lib. 3. hoc tenent omnes pręcitati doctores tu autē dicas, etiā quod infanti daretur curator, iudicium substineretur, quia curator datus infanti accipitur pro tutore, vt notat Montanus de tutelis c. 11. n. 5. ex Soc. & alijs quid quid dicat Neuiz. cons. 17 nu. 60. † verum quod si tutor nō posset reperiri, aut bona pupilli starent sub periculo dari posset, etiā infanti Curator ex doctrina Bald. in c. 1. de citatione tit. de milite vasallo qui contumax est, Maranta vbi supra, † sicuti, & dari potest, & debet coadiutor, idest Actor, vbi infans haberet tutorem, sed tutor aduersa valitudine, aut alia necessitate impeditur, text. est in §. quod si tutor instit. de curatorib. † & tunc aduertas, nec erres, quod cum isto Actore nō possunt litigari, nisi prius lis fuerit contestata cum tutore. Speculator tit. de sindaco, seu de Actore constituto, § contra Actorem † fallit etiam vbicumq; mulier tutrix creditrix vult sibi satisfieri super bonis infantis, quia tunc debet etiam dari curator infanti ad litē, ex quo habenti tutricem non datur tutor Bald. Paul de Castr. & Corneus in l. fi. C. de iure deliberandi Phanut. de inuētar. p. 5 n. 22. & seqq. Neuiz. conf. 17. n. 30. Mastril. dec prædicta n. 5

18 19 20 21

22 Si pupillus est maior infante, aut habet litem cum tutore, & secundum Bar. quem allegat & sequitur Mariscott. lib. 2. variar. resolut. c. 145. n. 1. non datur curator pupillo nisi petentī, contrarium, & verius tenet Schrader. in tracta. de feudis p. 10. sect. 19. n. 186. Soccyn. iuuenis conf. 46. nume 4. lib. 1. Piagg. tract. de curatore q. 2. n. 63. to. 8. p. 2. Sigismund. Scacc. de cambijs §. 7. gl. 6. n. 16. ver. quia respōdeo, mouentur quia in casibus in quibus secundum iuris dispositionem inter pupillum, & Tutorē lis esse potest, quos casus recenset Bart. l. qui habet §. si pupillus n. 4. ff. de tutelis, & DD. in authent. minoris, C. qui dari tutores possunt paria sunt litem habere cum tutore, vel cum extraneo, & ubi nulla potest assignari ratio dif-

ferentiæ idem ius seruandũ est l. illud ff. ad l. Aquiliam Tiraq. in tract. cessante causa p. 1. nu. 149. † Aut habet litem cum extraneo, & debet iudex pupillo etiam non petenti, & inuito dare curatorem ad litem, & tali casu tenetur Iudex ad instãtiã, & petitionem partis aduersæ mandare pupillo, vt veniat ad petendum curatorem ad litem, qui si comparuerit, dabit sibi illum, quem petierit, ipso autem non comparente dabit sibi curatorem ad litem ex officio iuxta formam l. 1. vbi Salic. C. qui pet. tut. Matth. de Affl. Maran. & alij quos allegat & sequitur Mising. obseru. 31. centur. 2. & cent. 1. obseru. 87. Muscatell. in sua prax. Ciuili p. 2. Glo. intimato n. 46. & 47. Carpanus ad statuta Mediolani c. 34. lib. 1. Andr. Gail lib. 2. obseruat. 108. Aloysius deleo in l. decretatio. nu. 39. & 40. C. de Episcopali Audient. Mariscot. lib. 2. resol. 145. latissimè Schrader. in trac. de feudis p. 10. sess. 19. n. 174. cum sequent. & ita in magna Curia nostra seruatur, vt dicũt Milanen. dec 13. n. 7. lib 2. Don Garsia Mastrill. dec. 54. Giurb. dec. 109. n. 4. & hæc vbi pupillus conuenietur vel in iudicio vt actor stare vellet, nam tunc etiam inuitus tenetur curatorẽ ad litem accipere per text. in §. item inuiti, vbi gl. Io. Faber Angel. & Christophorus, Portius, Syluester, Aldobrandinus, & alij doctores. instit. de curator. & in l. ait prætor §. permittitur iuncta gl. verbo ex constitutione. vbi Barto. & doctores ff. de minoribus Antonius Piagg. in tract. de tutore & curatore q. 2. nu. 67. & doctores omnes supracitati.

Sed quid vbi pupillus in iudicio contra aliũ actionem instituerit an cogatur precisè iudicio stare & curatorem ad litẽ petere vel recipere multi tenuerũt quod sic scilicet, † q pupillus, vel minor in his casibus in quibus curatois authoritate ĩdiget, ad litẽ curatorẽ inuitus petere & accipere cogatur gl. l. l. qui habet §. si pupillus ver. itẽ casus ver. cogi ff. de tutelis Archidiaconus c. si annũ n. 2. ver. dabitur vbi Io. Andreas de inditijs in 6. Angel. inst. de curatore in prin. n. 6. Alex. cõs. 122. nu. 5. lib. 1. vbi de cõi Vrsill. ad Affl dec. 256. in prin. cõtraria est opinio & verior scilicet, qđ vbi minor siue pupillus curatoris indigeret autoritate, & in iudicio, vt actor comparuisset nõ cogitur præcisè curatorem accipere, sed ita demum si iudiciũ prosequi vellet, & non aliter ita tenuerunt gl. in d. l. ait prætor §. permittitur verbo ex cõstitutione vbi Albericus de Rosatio n. 4. ff. de minoribus Bart.

l. qui

l.qui habet §.si pupillus num.1. ver. opponitur & videtur vbi etiã Raphael Cumanus ff. de tutelis Salyc.in l.1.nu.2. C. qui perant tutor. Azo in rubrica C. de testamentaria tutela num.3. quę sẽtẽtia probari potest per tex.in l.qui habet §.si pupillus, ff.de tutelis facit text.& doctores in l.prima C. vt nemo inuitus l.fin.C.de vsuris pupill. est verũ quod si excipiente aduersario quod pupillus absq; curatoris authoritate legitimã personã in iudicio standi non habeat & pupillus curatorem dari non perierit is tamquã nõ habens legitimam personam standi in iudicio cũ refusione expensarum ab agendo repellitur.gl. in l.mutus ∫.is qui ver.consentiente, & verbo satisdare vbi Odoffr. & Bal.ff. de procuratoribus Odoffr. in l.ait prætor de minoribus Vant. de null.quib. modo sententiæ nulle reparentur.n.85.Angel.inst. de curatoribus n.6. Syluester Aldobrandinus ∫. Item inuiti n.9.instit. de curat.

Et licet Schrad.de feudis p. 10.sess.19.nu.174.& 175.conetur supradictas contrarias opiniones reconciliare, & subdit quod pupillus ante libellũ nõ cogitur præcise & post libelli pręsentationẽ cogitur pręcisè cum non possit alite desistere inuito aduersario per text. in auth. qui semel vbi omnes C. quomodo & quando Iudex. cũ multis ab eo ibi allegatis tamẽ parcat mihi authoritas tanti viri teneo indistincte secundam opinionem & moueor ex quo præsentatio libelli, & omnis actus factus per minorem absq; authoritate curatoris est nullus vt fatentur omnes doctores supra allegati,& quod nullum est nullum præstat impedimentũ. tex.in c. non præstat de regulis iuris in 6.& Roman. cons.369 nu.16. subdit quod nullum est allegabile non est, & de isto curatore ad litem alia quæ sunt necessaria reperies infra c.7.

SVMMARIVM CAP. 2.

1. *Minor adultus in causa ciuili non potest in iudicio stare sine curatore.*
2. *Ampliatur etiam si vellet litigare per procuratorem, quia parte contradicente non posset.*
3. *Casus multi in quibus Adultus agit sine Curatore ad instar maioris.*
4. *An si Adultus iurasset non venire contra processum & sententiam iudicium ex iuramento validaretur si fieret sine Curatore.*
5. *Capitulum Imperatoris Caroli 78. qui prohibet fieri contractus sine consensu Curatoris an procedat in quasi contractu hoc est in iudicio.*

Adul-

6 *Adultus vbi proceditur de bono, et equo an possit in iudicio stare sine curatore*

7 *Minores in causis spiritualibus, & in annexis veluti in beneficialibus, & matrimonialibus, & similibus vbi fuerint Adulti possunt in iudicio stare sine curatore, sed vbi fuerint impuberes, & maiores infante debent litigare cum curatore vel procuratorem constituere cum authoritate iudicis ad litigãdũ.*

DE LEGITIMATIONE personæ minoris Adulti siue puberis in causa Ciuili. Cap. 2.

1 ADVLTVS si vult ciuiliter agere, seu in iudicio pro causa ciuili conuenitur & non potest absq; curatore. tex. est in l. 1. C. qui petant Tutores vel curatores (ibi Admone adolescentem aduersus quem consistere vis, vt curatores sibi dari postulet cum quibus secundum iuris formã consistas; qui si in petendis his cessabit potes tu competentẽ iudicẽ adhire, vt in dandis curatoribus officio suo fungatur) est etiam tex. in l. 2. C. qui legitimã personam standi in iudicijs habeant, & tex. in §. 1. vers. Item inuiti instituit. de curatorib. notant etiam hoc Mansuer. In sua prax. de exception. titul. de exceptio. contra Actorem Benedict. Bartius in tract. de Guarentigia p. 1. q. 3. vers. sic in proposito & DD. quos Dñ Garsia Mastrill. dec. 54. & Milanens. dec. 13. lib. 2. in n. 5. & Giuiba dec. 109. n. 4 & sequent.

2 Ista Regula ampliatur etiam si minor adultus vellet litigare per procuratorem, quia parte contradicẽte, & reclamante nõ posset, vt tenent Iacob. de Raynerio, Gugliel. de Cuneo quos refert, & sequitur Bal. cõs. 309. & melius cons. 310. lib. 2. Idem voluit Cynus in authen. sacramẽta puberũ. C. si aduersus vẽditionem vbi etiam Salyc. ex & istis, & alijs iuribus allegatis p Mastrill. fuit decisum in Regio Consistorio, quam decisionem Mag. Reg. Cur. Criminalis confirmauit, vt testatur idẽ de Mastril. d. dec. 54.

3 Sunt tamẽ multi casus in quibus Adultus agit adinstar maioris quos Gl. enumerat in c. ex parte de restit. spoliator. in ver. Quamuis minor, scilicet in causa matrimonij vbi minor Adultus censetur maior, in uoto vt colligitur in c. j. §. 2. & 3. vigesima q. 11. Item cũ agit de thoro violato, vt l. si maritus §. lex Iulia ff. de Adulterijs, item cum agit de libero homine exhibendo, ut colligitur ex text. in l. 3. §. sed si mulier ff. de liberis hominibus exhibẽdi, item cũ agit

de

de recuperanda possessione, vt in l. vltima C. qui legitimā personam standi in iudicio habēt, Affl dec 283. vbi Vrsillus, Cumia in c. Ritus 40. secūdum ordinem suum n. 113. Item posset etiā Adultus conueniri sine curatore in causa spolij Affl. dec. prædicta 283. quem allegat & sequitur Marchisan. p. 2. §. 3. tit. de restit. in integ. n. 132. fol. mihi 182. in cæteris autem causis possessorijs secundum Fran. Marcum q 69. n. 2. p. 1. aut minor Adultus velit agere & potest in possessorijs sine Curatore, aut conuenitur, & non pōt etiam in causis possessorijs cōueniri sine Curatore, & ita tenuisse Rotam Romanā in vna reatina coram Guido bono refert Mandos. in tract. de minore q. 9. sed ego hanc distinctionē non approbo, & puto quod verius est dicere ꝙ minor etiam Adultus solum in possessorio summarijssimo possit sine curatore comparere, quia agitur de leui præiudicio in alijs autem iudicijs possessorijs necessaria est authoritas curatoris etiā in Adulto, & ita tenuit Menoch. Vir illustrissimus in tract. de recuperanda possessione remed. 15. n. 294. vbi dicit quod text. in l. fi. C. qui legitimam personam procedit solum in possessorio summarijssimo.

4 Et licet Capella Tholosana dec. 45. dec. 49. & 106. & Seraph. de Priuileg. iurament. priuil. 7. Boer. Gomes. Gabriel & multi quos allegat & sequitur Vinc. Carroc. tracta. de exceptionibus except. 124. n. 55. teneant, si minor adultus iurasset non venire cōtra processum, & sententiam quòd tale iuramentū validaret iudiciū istud apud nos nō obseruatur, nec practicatur, & forsan est ratio quod ex forma capit. nostri regni Inuictissimi Regis Caroli 78. minores etiam adulti sine curatore ēt cum iuramento non posunt contrahere, 5 † & istud capitulū quòd loquitur de cōtractu procedit ēt in quasi contractu, & in iudicijs, vt notat Bongior. in dicto capitulo tangit Milanens. dec. 13. n. 4. & 5 lib. 2. tenet Intrigl. sing. 165. lib. 2. ante te eos Gomes. in §. omnium institutionibus de actionibus nu. 28. & dispositio loquens de cōtractu procedit in quasi contractu hoc est in iudicijs vbi quasi contrahitur Cassan. super consuet. Burg. fol. mihi 130. in tex. ibi Ne estre en sugerrent. Vinc. de Franch. dec. 163. n. 6. in fi. & 6 † similiter quàmuis multi DD. teneant quod ubi proceditur summarie de plano Adultus in iudicio etiam sine curatore stare potest, ut tenuit Aret. in l. cū & minores, C. si aduersus rem iudicatam Bal. in c. 1. de rescriptis

ptis Neuiz.cõſ.18.n.18.& Ballus lib.1.de pragm.prag.8.fol. 331.n.7.nouiſſimè Vinc. Carroc.de except.excep.124.n.62 Iſta concluſio in noſtra Magna Reg. Cur. nõ recipitur nec obſeruatur quamuis enim in Regno noſtro ex Pragm.inuictiſſimi olim Regis Philippi II. omnes cauſæ ſint ſummariæ attamen minores etiam adulti non poſſunt in iudicio comparere ſine curatore,& ſic legitur fuiſſe pluries deciſum in M.R.C.& in cõſiſtorio teſte Maſtr. d.dec. 54.& Giurb.dec.109.n.4. cum ſeq.ratio autẽ quare noſtri non obſeruant poſſet eſſe, quia etiã vbi pceditur de bono, & equo legitimari debẽt perſonę,vt dicemus ſub titulo de legitimatione perſonę filij familias, §.1.c. 4.n.4.cum ſeq.

7 Eſt verum quod minores in cauſis ſpiritualibus,& in annexis ſpiritualibus veluti in Beneficialibus, & Matrimonialibus,& alijs ſimilibus per diſpoſitionem tex.in c.fi.de iudicijs, lib. 6. ſi fuerint adulti poſſunt in iudicio comparere, & ſtare ſine curatore, vbi vero fuerint impuberes, & Maiores infante poſſunt, vel cum curatore litigare, vel etiam cum authoritate iudicijs procuratorem ad litigandum cõſtituere Molin. de iuſt.& iure p.2.diſput.270. litera B. & quod in beneficialibus minor habeatur pro maiore Lapus & alij quos allegat, & ſequitur Marcheſan.p.3.§.2.titul.de relaxat. iurament. ad effectum agendi fol.mihi 224. Gratian.c.789. nu.4.lib.4. diſcept. ſuarum.

SVMMARIVM CAP. 3.

1 *Adultus regulariter non poteſt accuſare ſine Curatore.*

2 *Adultus in criminibus exceptis poteſt ſine curatore accuſare, & denuntiare, & quæ ſint crimina excepta remiſſiuè.*

3 *Adultus ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur de conſuetudine poteſt ſine curatore accuſare.*

4 *Minor non poteſt in criminalibus conueniri ſine curatore.*

5 *Confeſſio minoris etiam in iudicio ſine curatore ſiue in cauſa ciuili, ſiue in cauſa criminali eſt ipſo iure nulla.*

6 *Minori ſi iudicium eſt factum ſine curatore, & ſic nullum non currit tempus ad dicendum de nullitate etiam ſi eſſet à ſtatuto præfixum.*

7 *Boſſij opinio & atteſtatio ac aliorum,qui dicunt quod acta facta cum minore ſine curatore de conſuetudine valeant non ſeruatur in Curia Neapolitana, nec in M.C. noſtra.*

8 *Capitulum Caroli Imperatoris 78 procedit etiam in iudicijs.*

Mag.

9 *Mag. Reg. Curia in causis criminaminalibus vbi minor est conuentus solet dare curatorem etiam habenti patrem.*

10 *Curator si eodem momento quo fuit creatus authorauit, & minor fuerit confessus, confessio non preiudicat minori etiam iurata.*

11 *Minor proximus ætati annorum decem & octo in atrocissimis an possit conueniri sine curatore.*

12 *Minor si non est præsens in iudicio & iudex procedit in eius contumacia in causa criminali an dari debeat curator.*

13 *Tutor uel curator absente & contumace minore an possint pro minore comparere.*

14 *Minor si fuerit infans tutor eius nomine agere, & conueniri debet, & omnes actus fabricari debent in personam tutoris, & si fuerit maior infans debent actus fieri ad instantiam minoris cum authoritate tutoris, vel curatoris.*

15 *Minor vbi maior est septemnio debet ipse contrahere cum authoritate tutoris, vel curatoris, & Tutor seu Curator non potest sine minore contrahere.*

16 *Tutor minor vbi fuisset prodegus, seu furiosus, seu mente captus facere debet omnes actus in sua persona.*

DE LEGITIMATIONE Personæ minoris Adulti siue Puberis in causa Criminali. Cap. 3.

1 SI Adultus, & pubes vult accusare, & regulariter de cōmuni non potest absq; curatore, quia ad accusandum & standum in iudicio etiam criminali non habet legitimā personam tex. in l. ad rem publicā, ff. de munerib. & honorib. l. spurij, §. 1. ff. de accusationibus cū alijs allegatis per Farinac. q. 12 n. 15. vers. Hoc autem & per Iulium Clar. in §. fi. q. 14. vers. sed quid in maiore.

2 Ista regula fallit in criminibus exceptis in quibus etiam Adultus ad accusandum, siue denuntiādum admittitur absq; curatore Farin. vbi supra vers. si vero, quæ autem sint ista crimina excepta per te potes eundem Farinac. d. q. 12. n. 59.

3 Fallit secūdo vbi minor Adultus, seu pubes suam vel suorum iniuriam prosequatur de consuetudine indistinte admittuntur Adulti ad accusandum, vt testatur Iulius Clarus in §. fin. q. 14. in fine, & Farin. d. q. 12. nu. 15. vers. Hoc autem in fine.

4 Et licet Adultus si suam, vel suorum iniuriam prosequatur potest accusare, non autem in criminalibus sine curatore potest conueniri, nam gesta cōtra

minorem etiam in causa criminali absq; curatore sunt nulla text. in l. clarum C. de authorit. præstanda cuius hæc sunt verba, Clarum posteritati, faciētes Sancimus omnino debere, & agentibus & pulsatis in criminalibus causis minoribus viginti-quinque annis adesse tutores, vel curatores, in quibus casibus Adultos & Pupillos leges accusari concedunt, cum cautius, & melius sit, cum suasione perfectissima, & responsa facere minores, litemq; inferre nè ex sua imperitia, vel iuuenili calore dicant vel taceant, quod si fuisset prolatū vel non expressum prodesse eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere.) Bal. & alij in dicta l. Clarum Hippolytus de Marsilijs in l. 1. & in l. de minore n. 33. vbi testatur de com. opin. ff. de quæstion. Bossius in tract. crim inal tit. si aduersus rē iudicatā n. 22. Rol. a Valle cōs. 31. n. 1. lib. 1. & cons. 68. n. 33. li. 2. Idem Hippolyt. de Marsillis cons. 48. nu. 46. Affl. dec. 366. Practic. Papiensis in forma libelli de Inquisitione in Gl. contra & aduersus n. 2. Ioseph Ludouicus dec. Lucensi 17. n. 1. cū seq.

5 & ideo si minor fuit confessus etiam in iudicio sine curatore, siue in causa ciuili, siue in causa criminali eius donfessio est ipso iure nulla ita vt non sit opus alia restitutione in integrum Menoc. de arbi. iud. lib. 2. casu 268 n. 5. qui ibidem nu. 7. ex multis per eum cōgestis firmat dubiū non esse confessionem minori non nocere si curatore carens deliquisse fatetur, cum iuditiū

6 sit nullum, † adeoq; nullum, vt nullum ipsi minori currat tempus, etiam si esset, à statuto præfixum, ad dicendum de nullitate, & hanc esse communem opinionem testatur idem Menoc. cons. 480. n. 7. vol. 5. latissimè Farin. q. 81. c. 10. n. 352. cū seq. vbi ponit hoc pro regula cum decē ampliationibus & multis limitationibus.

7 Et licet Bossius titu. de confessis n. 89. Iul. Clarus lib. 5. §. fi. q. 50. in prin. testantur quod in criminalibus de generali cōsuetudine, tàm in confessione, quàm in alijs actis criminalibus factis per minorem aut contra minorem nullo dato curatore seruetur contrarium ut scilicet actus valeant, prout refert & testatur Ioseph Ludouic. dec. 17. n. 5. & Bartius dec. 148. nu. 15. Ista consuetudo non seruatur in Concil. Neapol. & in Magna Cur. Neapolis, ut colligitur ex allegatis per Paridem de Puteo in tract. de find. vers. Officialis posuit ad cordam, refert etiam Io. Baptista de Thoro in repertor. decisionū vers. curator vbi dicunt fuisse obseruatū in quodam minore, qui cū occidisset alium

alium cōsociū minorem,& ipsum igne commurēdo postea de carnibus illius manducauit, sponte cōfitendo, fuit curator adhibitus, & in corda ratificauit,& fuit condemnatus, est verum ꝙ Ianuensis in sua prax. Archiep. c.41. & Rizzlus in sua prax. dec. 593. testātur, quod in Cur. Archiep. Neapolis in causa criminali seruatur ius cōmune, quod detur minoribus viginti quinque annis curator,& solum in actu Torturex nō adhibetur curatori, in Mag. Reg. Curia nostra seruatur ius commune indistintè, & datur curator etiam minori torquēdo pro ut viddi obseruatum his mensi bus præteritis cōtra quemdam de Sacco, qui Patrem habebat, & tamē fuit ei pro tortura propter eius minorem ætatem datus curator, † quæ obseruantia

8 nascitur forsan ex capitulo Regni nostri Caroli 78. per quod disponitur quod minor nō possit sine curatore contrahere, & ista statuti dispositio procedit etiam in iudicijs, vt tenet Bongior. in d. cap. 78. signat Milanens. dec. 13. n. 4. & 5. tenet etiā Intrigl. sing. 165. li. 2. Ante eos Gomesius in §. omnium institu tionibus de actionibus,& statu tum disponens de contractu ha bet locum in quasi cōtractu, & in iudicijs quasi contrahitur Vinc. de Franc. dec. 136. n. 6. In fine seu nascitur ex dispositione constitutionis regni, quæ incipit minorum iura ibi illud etiā expressim cōstitutione præsenti duximus admittendū, ut in causis non tantū ciuilibus verū etiam criminalibus,& publicis tutorum vel curatorum, seu ba iulorū authoritas ipsis assistat. & ideo in regno nostro seruatur ius commune quod scilicet,

9 † in causis criminalibus vbi minor est cōuentus datur curator etiam quod habeat Patrem ex doctrina Bald. cons. 308. vol. 3. Cappell. Thol. dec. 175. & tenet Lanfranch. in cap. Quoniam in verb. confessionis de probat, quod in criminalibus debet dari curator filio familias, qui habet interuenire in causa insimul cum Patre voluit etiā Hippolyt. de Marsilijs cons. 48. n. 1 incipit non confundetur & n. 31. & in sua Prax. criminal. §. nunc vidend. n. 31. & 32. vbi ēt dicit quod, † si eodem momen-

10 to, quo quis fuit creatus curator authorauit, confessio minoris, non præiudicat, nam esset nullus tunc ille actus, propter breuitatem temporis, ex quo apparet, quod in tali præstatione authoritatis non præcessit, nec interuenit causę cognitio, quæ ad validitatē Actus dēt interuenire,& in cons. 130. incipit cōditor orbis n. 21. vbi tenet etiam quod cōfessio esset

iuraméto vallata nõ valeret, & conf. 28. n. 12. Rizzius in sua Prax. dec. 593. † At si essemus in atrocissimis forsan aliud deberet practicari, ex traditis ab Vrsillo in addition. ad Affl. dec. 208. n. 3. Viuius in Sylua communium opinionum opin. 504 Farin. d. q. 81. c. 10. n. 383. Ioannes Bapt. a Thoro in verb. minor, nam tunc si minor fuisset proximus ætati annorum decé & octo, & delictum fuisset atrocissimum, ex prædictis liceret forsan iudici nõ obseruare, quę supradicta sunt.

11

12 In super dubium est quid si minor nõ est præsens in iudicio & Iudex vellet procedere ĩ eius contumacia, an possit cõtra minoré non dato curatore, in causis criminalibus Albericus in l. Cum & minores nu. 7. C. si aduersus rem iudicatam & in tracta. statutorum p. 3. q. 84. tenet quod non & bannum latum cõtra minorem curatore carétem esse nullum, ita etiam August. de Arem in addict. ad Angel. de maleficijs, in ver. qui dominus Iudex videns inquisitos nu. 3. Marsil. in l. 1. n. 11. ff. de quæst. & conf. 26. n. 9. & conf. 28. nu. 30. & alij quos Menoc. recéset de arbit. iud. casu 268. n. 2. Rolan. cõs. 31. n. 8. lib. 1. Dyn. cõs. 38. n. 4. Corn. conf. 198. n. 2. & 3. lib. 4. & cum hac opinione transit Farin. q. 11. n. 30. cum seq. cõtra Nattam Menoch. & Decia. sed cũ Menoc. & Natta iudicauit Senatus Dolani teste Ioan. Criuello dec. 29. ex quo ita seruatur in eo Senatu sicut in Curijs Galliç Mediolani, & Venetum, in quibus dispositio l. clarum C. de authoritate præstanda non est in vsu.

Quid dicédũ tu distingue aut loquimur ĩ adulto, & dic ꝙ põt accusari, & banniri secũdũ Bal. in d. l. clarum C. de authoritate præstãda etiam sine authoritate curatoris. idem Bal. in l. 1. C. de cõfessis & in l. cũ & minores si aduersus ré iudicat. aut loquimur ĩ pupillo, & secus vt notat etiã de nostratibus Petr. Rizari super d. c. 159. & Cumia ordine suo c. 64. nu. 23. & aduertas ne erres quod supradicta procedũt in accusatione & sententia banni, secus in alijs actibus, qui non possunt valide fieri cũ minore absq; curatore ex prædictis, & si fuisset dat curator vel tutor qñ minor non est pręsens in iudicio criminali secũdũ magis verã opinionem nõ possent audiri quicquid dicat Gomes. de delictis c. 1. n. 12. vers. nisi sit tutor quia contra eum est communis, & practicatur opinio vt est videre apud Hippol. de Marsilijs in sua prax § sequitur n. 5. Menoc. de arbit. lib. 1. q. 80. n. 66. Bertazz. conf. 422. post nu. 11. Decia. conf. 18. n. 178. & nu. 200.

13

200.lib.1.Baiard. in addit.ad Iulium Clarum q.32.n.3.Farinac.q.99.nu.15.vbi ponit tres declarationes ad supradicta quas quando casus occurrit faciliter videre potes.

14 Minor itaq; si fuerit infans tutor eius nomine agere,& cōueniri rectè poterit, & omnes actus fabricari debent in persona ipsius tutoris ex doctrina Bald.in l.donatarum C.de acq. poss.docet etiam Robert. Maranta in suo speculo aureo p.4. c.validum aut inualidum n.56 si vero maior infante fuerit minor debent actus fieri ad instātiam minoris cum authoritate tutoris,vel curatoris tutor enī seu curator fuerunt introducti non vt ipsi agant,sed vt authorētur pupillo, vt toto titulo ff. & C.de authoritate tutorū Po-

15 lid.Ripa obserua.48.nu.2. † & istud non solum obseruādum est in iudicio,sed etiam in contractibus, quia vbi minor maior est septēnio non potest tutor aut curator nomine minoris contrahere, sed debet.ipse minor contrahere cum authoritate tutoris, vel curatoris aliàs contractus sicut & iudiciū esset nullus Dec.in l.bonorum nu.1.vers.vnde melior ratio C. qui admitti Aret.in §. neq; institutionibus de authorite tutorum n.12. vers. tamē solus tutor Castrens. in l. neq; tutores n.5.vers.Item nota C.de procuratoribus Socy.iunior cons.24 n.45.vol.j.Addit.ad Abbatem cons.205.n.6. vbi testatur de communi opinione de communi etiā attestatur Bellon.cōs.48 n. 10. Polid. Ripa obseru. n.1.

16 Fallit tamen vbi minor fuisset Prodigus, vel furiosus,seu mente captus, quia tunc iudicium,siue actus semper fieri debent cum solo tutore vel curatore Fabianus in suo Codice lib.5. tit.40. diffinit.8.

SVMMARIVM 1.Quæstionis.

1 *Sententia lata in iudicio facto cum minore sine tutore,seu curatore ī fauorē minoris,valet quādo pars nō opponit de inhabilitate psonæ.*

2 *Conuentus a minore in iudicio debet opponere,& protestari quod non procedatur nisi legitimata persona & stante protestatione iudicium erit semper nullum.*

3 *Sententia etiam lata in fauorem infantis non valet si non interuenit authoritas legitimæ personæ.*

4 *Sententia lata in fauorem minoris si nō fuerit oppositum de illegitimatione personæ valet minore volēte,& declarāte,& nō aliter.*

5 *Minor si non declarat, & ratham habet sententiam sine interuentu legitimæ personæ in eius fauorem latā non pōt eius hæres declarare.*

6 *Tertius & is qui a minore causam non habet non potest dicere de nullitate regulariter.*

Mi-

7 *Minor & is qui causam ab eo habet poterit acta nulla in sui fauorem, & sententiam approbare.*

8 *Tertius si ex sententia cum minore læderetur potest ratione interesse dicere de nullitate.*

9 *Aduocatus litigãtis cũ minore sit cautus, & statî opponat de minore ętate ne cõtingat iudiciũclaudicare.*

10 *Fideiussor si non opponit exceptionẽ discussionis poterit etiam discussione non facta condemnari.*

11 *Tertius possessor qui conuenitur actione hypotecaria si non opponit de discussione principalis poterit discussione nõ facta condemnari.*

12 *Compensatio fit ipso iure parte petente & non aliter.*

13 *Libellus ineptus non admittitur si pars opponit de ineptitudine.*

QVAESTIONES VTILES, scitu digne in materia legitimationis personę minorũ.

Sententia lata pro vel contra minorem existentẽ in iudicio, absq; interuẽtu legitimę personę an semper sit nulla vel aliquando valida.

Quæst. Prima.

1 PRO complimẽto omniũ quæ superius dicta sunt de minoribus vnum volo quod notẽt, & perpetuo memorie mandẽt ne errent quod hæc inhabilitas, tam in agendo quàm in excipiendo si non fuerit opposita, & iudex procedat in causa pendebit postea causa à futuro euẽtu, nam si Res prospere succedat pro minori iudi tium erit validum si autem non 2 prospere erit nullum. † Quod si fuerit opposita & protestatũ quod non procedatur nisi legitimata persona tunc iudicium erit nullum vt notant Vant. de nullitate defectu in habilitatis, seu mandati n. 36. Scac. in trac. de iudicijs lib. 2. c. 2. nu. 382. & n. 405. & 406. & in tract. de cãbijs §. 7. Glos. 5. n. 19. & quod opposita ista exceptione omnia acta & sententia cũ minore tutorem aut curatorem non habente gesta sint nulla tenuit ẽt Sforza Oddo de in integr. rest. q. 72. n. 8. Surd. conf. 9. nu. 47. Osasc. dec. 13. n. 10. & dec. 36. n. 25. & 26. Polid. Ripa singul. obseru. 44. vbi quod sufficit sola exceptio, & oppositio minoris ætatis, nec tenetur excipiẽs petere aut curare, vt decernatur tutor vel curator minori illud. n. si fiat est de consilio, & vrbanitate nõ autem de necessitate allegat Neuiza. cõs. 17. à n. 69. & alios & testatur de cõmuni practica.

3 Quæ diximus de sentẽtia in fauorem minoris quod sit valida limita primo, ut non procedãt in minore infante, qui intellectu caret tũc enim nõ valet sentẽtia etiã in fauorem infantis quãdo cum eo non interuenit

nit authoritas personę legitimę Robert. Maranta p 4. dist. 16. n. 50. Surd. cons. 9. n. 47. Gratia. discept. 225. n. 15. cũ seqq. & ideo sentẽtia est valida quãdo est in fauorem minoris intellige minore volẽte ratificante & declarante Berous q. 103. n. 3. & 4. Caualc de tutore & curatore nu. 31. est ratio quia id, 4 †quod nulliter gestum est in fauorem minoris, valet minore volẽte, & declarãte, ac ratum demum habẽte, & non aliter secũdum Gl. quàm allegant & sequuntur Bar. Bald. Castrens. & Imol. in l. sępe, ff. de re iudicata, & hãc esse veram & communẽ opinionem testatur Berous d. q. 103. n. 2. plures alios refert Pinell. de bonis maternis p. 3. q. 32. vbi dicit hanc esse receptam resolutionem, & Caualc. d. num. 31.

5 Et ideò si minor nõ declarauit eius hæres non poterit declarare volũtatem defuncti Gl. in l. idem Pomponius §. vltimo vbi Bar. Bal. & Angel. ff. de rei vẽdicatione Gl. in l. inter stipulãtem, §. primo vbi Bar. Angel. Alex. & Iason ff. de verb. oblig. cum pluribus per Tiraq. in l. si vnquam in verb. reuertatur n. 302. C. de reuocand. donationib. latè Menoch. de arbi. iudic. q. 68. n. 29. Gabriel de reg. iur. concl. 3. n. 74. Rolan. cons. 66. n. 7. lib. 4. Surd. cons. 9. n. 5. cũ seq. Gratia. c. 573. nu. 28.

6 In super notãdum est in hac materia quod licet sentẽtia lata pro vel cõtra minorem si nõ fuerit approbata à minore sit nulla tamẽ de ista nullitate nõ potest dicere tertius, & is, qui à minore causam nõ habet ratio ęst quia in omni materia vbi aliquid dicitur nullum etiam ipso iure intelligitur si is velit in cuius gratiam id inducitur, vt cũ multis similibus comprobat Tiraq. in d. l. si vnquam vers. reuertatur n. 10. & seqq. Fel. in c. dilectus il 2. vers. tertio facit de rescriptis vbi post Anchar. dicit quod si nullitas aliquo casu inducatur ea ita demũ procedit si alteri parti placuerit annullatio, & nullitas nõ potest à tertio allegari in materia ista Ruy. Berous, Gabriel Crotus, & alij de quibus per Surd. dec. 70. n. 26. & dicit Capiblanc. pragm. prima de baronibus, & eius officio n. 258. quod donec minor vniuersitas vel ecclesia non cõquerãtur & ~~opponatur de~~ actus nullitate actus subsistit, & quod tertius nec eius contrarius nõ põt dicere de nullitate ante eum Afflict. dec. 366. n. 7. 7 7. Surd. dec. 180. ipse autem minor vel is qui causam ab eo habet poterit acta nulla & sentẽtia in sui fauorem latam approbare esto quod essent facta à falso procuratore tutore vel curatore

tore agente, vt tradit Gratia. li. 2. disceptat. cap. 225. n. 18.

8 Sed hæc intellige vbi tertius ex ista sentētia nō lederetur setus si sumus in tertio habēte in tertio habente interesse cuius ratione non prohibetur nullitatem deducere in quacumq; materia simus, vt per Alex. & Castrens. in l. ille à quo §. si de testamēto ff. ad Trebellia. idem Alex. cons. 38. n. 6. lib. 2. vbi q. stāte interesse non requiritur aliqua declaratio nisi respectu ipsius minoris prout etiam notat Cephal. cons. 133. n. 125. li. 1. Affl. in c. 1. gl. 3. n. 73. quæ fuerit prima causa beneficij admittendi Bal. in l. 1. C. de rebus alienis non alienādis Imol. in c. ea noscitur de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli Albens cons. 64. n. 3. Thesau. dec. 4. n 7. Menoc. cons. 1. nu. 321. Ruy. cons. 40. lib. 5. nu. 7. & 8. Bursat. cons. 82. n. 11. & 25. li. 1. Gratia. c. 691. n. 15

9 Qua propter Aduocatus in causis minorum debet esse cautus maximè vbi esset Aduocatur conuenti statim quod conuenitur excipere de minori ęta te in processu ne contingat iuditium claudicare per modum, vt supradictum est. † sicut etiā videmus quod contra fideiussorem non datur actio nisi discusso prius principale quādo non renuntiatur iuri de prius principali conueniendo (tamen si fideiussor hoc non opponat, fertur sententia contra eum, & valet vt notat Bart. in l. prolatam C. de sent. & interloq omnium iudicium † in quo loco notat etiam Bar. in c o, qui agit hypotecariam contra tertium non discusso principali debitore, quia in processu de discussione non opponatur condemnatur possessor sequitur Guid. Papa dec. 221 dec. 94. & dec. 432. ad

10

11

12 tidem videmus quod compensatio fit ipso iure, sed hoc rerum si petatur alias non Gl. & DD. in l. constat C. de compensat.

13 † Item videmus quod libellus ineptus non debet admitti, & tamen id procedit si pars contraria de ineptitudine opponat Gl. in l. fi. C. de annal. exceptio. & in l. si mater ff. de exception. & in cap. 2. extra de libelli oblatione.

SVMMARIVM 2. quæstionis.

1 *Exceptio quæ in est ipsi obligationi, vel in pactis in contractu, aut incontinenti appositis etiam quæ tacita intelliguntur sufficit quod præponatur in iurium allegationibus.*

2 *Actor præponendo actionem præponit eam cum exceptione quæ sibi inest sui natura.*

3 *Exceptio quando non inest obligationi, sed extrinsecus probatur ne-*

necesse est quod opponatur.

4 *Pactum de non petendo ex interuallo factum non repellit agentem nisi de eo opponatur in Processu.*

5 *Amplia etiam si de pacto constaret in iudicio ex confessione Actoris.*

6 *Reus allegando in Processu post litis contestationem pactum de non petendo videtur exceptionem pacti opponere.*

7 *Actore non probante Reus absoluitur etiam parte non opponente.*

8 *Iudex vbi exceptio inest ipsi actioni, seu obligationi potest supplere etiam si non opponatur à parte.*

9 *Iudex in exceptionibus extrinsecis vel ex equitate competentibus potest supplere, vbi Actor locupletaretur cum alterius iactura aliàs secus.*

10 *In Regno in omnibus causis exceptis exequtiuis, & feudalibus proceditur de bono, & equo sola facti veritate inspecta.*

11 *Iudex vbi proceditur de bono, & equo in his quæ sunt facti, & ei constant, vt iudici potest supplere etiam parte non petente.*

12 *Casus in quibus Iudex potest supplere etiam parte non petente remissiuè.*

13 *Iudex debet iudicare secundum acta relictis apicibus iuris.*

EXCEPTIO QVANDO debet in Processu præponi, vel sufficit quod præponatur in iurium Allegationibus vtilis, & quotidiana.

Quæst. Secunda.

1 SED quid si ista, quæ debent opponi in Processu non opponantur in Processu, sed in iuris Allegationibus an sufficiat Barto. in l. eum qui ita 56. ʃ. qui ita stipulatur n. 4. vers. moueo tibi vnum dubium distinguit, aut exceptio inest ipsi obligationi, vel in pactis in cõtractu, vel in continẽti appositis, vel in pactis, quę tacitè intelliguntur l. lecta, ʃ. dicebam, ff. si certum petatur, & l. iuris gentium. ʃ. quinimo, ff. de pactis, & in his non est opus quod pars opponat in Processu, quia ipsi actioni insunt, † & 2 Actor præponendo actionem præponit eam cum exceptione quæ sibi inest sui natura Alex. l. qui Romæ, ʃ. duo fratres, & l. 2. de solut. Gl. & l. qui cum tutoribus, ff. de verbor. obligat. Additio ad Bar. in d. ʃ. qui ita, vnde in istis casibus exceptionis expresio in allegationibus sufficit simile, ff. de iur. iurando in l. si duo patroni. ʃ. si quis iurauerit, & §. Marcellus, 3 † Quandoq; exceptio non inest obligationi, sed venit extrinse-

cus, vt est exceptio pacti postea facti, & omnis exceptio, quę ex partium cõuentione prima nõ venit, & tunc est necesse quod opponatur, vt institutionibus de exceptionibus per totum, & ff. mandati. l. si fideiussor. §. quędã & ideò dicit Bar. in l. si vnus ʃ. pactum ne peteret nu. 18. de pactis † quod pactum de non petendo ex interuallo factum non repellit agẽtem nisi per eũ allegetur, & de eo opponatur, in tantum quod etiam si de pacto constaret in iudicio ex confessione Actoris si tamen non est opposita exceptio Actor nõ succumberet, & ita dicit etiam Glo. in d. l. si vnus ʃ. pactum ne peteret, † & est verum quod eo ipso quod Reus post litis contestationem allegat pactum de nõ petẽdo videtur opponere exceptionem idem Bart. in l. 2. ff. de exceptionib. vnum tamẽ in hoc semper notãdum cum Glo. in d. ʃ. pactum nè peteret † quod quãdocumq; apparet in iudicio Actorem carere actione licet non allegetur per Reũ sequi debet absolutio idem tenet Glo. in l. vbi pactum C. de transactionib. & ideo si in iudicio apparet aliquod propter quod constat Actorem non habere actionem, & tunc Iudex deberet absoluere etiam quod à parte non apponatnr, vt in l. vbi pactum, C. de transaction.

gl. etiam ff. de officio assessoris l. 1. Iudex. n. potest repellere agẽtem sine actione ex officio, si vero apparet aliquid per quod actio ipso iure non tollitur, sed ope exceptionis posset elidi, & † tunc aut illa est exceptio quæ inest ipsi actioni, seu obligationi, ut dixi, & potest iudex supplere etiam si non opponitur à parte Bart. plene in l. lecta, ff. si certum petatur, & in iuribus supra allegatis, † si vero nõ inest sed extrinsecus venit, vt in pacto apposito ex interuallo, vel in exceptionibus procedẽtibus ex alia equitate tunc aut si illa exceptio ommittatur actor locupletaretur cum aliena iactura, & potest Iudex ex officio suo post quam sibi constat de facto supplere factum, ac si exceptio fuerit in processu opposita, vt declarat etiam Bart. in l. plane, ff. de pet. hæreditatis, aut non locupletatur cum aliena iactura, & tunc non potest supplere nisi opponatur, & ista possunt nobis deseruire pro limitãda doctrinam Bart. in d. l. eum qui §. qui ita stipulatur quod scilicet quamuis exceptio venerit extrinsecus tunc ne actor locupleteur cum alterius iactura potest iudex etiam q̃ à parte non opponatur supplere factum, vt dixi, † & maxime in Regno vbi proceditur de bono, & equo sola facti veritate inspecta in omnibus

nibus

nibus causis ciuilibus, & criminalibus exceptis exequtiuis, & feudalibus ex Pragmatica inuictissimi olim nostri Regis Philippi II. cum actis in pede factis

11 sequitur † vt Iudex poterit semper supplere in his, quæ sibi cõstant, vt Iudici pro parte etiam in his, quæ sunt facti vtputa si ex actis constat de errore licet non allegetur per partem poterit eũ Iudex allegare teste Paulo de Castr. & Aret. in l. age C. de transactionib. Bar. in l. vnica C. vt quæ desunt Aduocati partium suppleat Iudex † vbi, etiã

12 Bald. plures casus enumerat, in quibus Iudex potest supplere, & in l. filius familias, §. veterani vers. in eadem Glo. ibi euenit ff. de procurat. concordat, & sesequitur Alberic. Bart. Ang. Paul. de Castr. & Alex. ibi Innoc. in c. cũ speciali de appellation. Fel. in c. cum ordinem nu. 18. de rescript. Alex. cõs. 186. n. 15. vol. 2. vbi declarat quomodo intelligatur id quod dicitur Iudicẽ posse supplere circa ea quæ sunt

12 notoria Osasc. dec. 1. n. 42. † & debet semper Iudex secundum acta iudicare relictis apicibus iuris.

SVMMARIVM 3. quæstionis.

1 *Sententia regulariter non potest proferri sine petitione, & iudicium non dicitur habere formam vbi petitio deficit.*

2 *Iudex potest repellere agentem si petitio est obscura.*

3 *Pragmatica Regia cuius vigore proceditur de bono & equo vult petitionem, & claram vt possit Reus deliberare an velit cedere, vel contendere.*

4 *Actor vnum petit, & aliud probat an sequi possit cõdemnatio opinio affirmatiua.*

5 *Si egi ex vna causa, & probaui me ius habere ex alia sequi debet absolutio secundum aliam opinionẽ, & contrariam superioris.*

6 *In iudicio respectu actionis, quæ deducta non est litis contestatio deficit sine qua iudicium corruit.*

7 *Probationes factæ super actione, quæ in iudicio proposita non est sunt nulle.*

8 *Si decem petantur & lite contestata viginti deberi Actor probet non potest vltra decem sententia proferri secundum vnam opinionẽ.*

9 *Libellus non potest mutari post litis contestationem.*

10 *Sententia ferri potest super accessorijs petition.*

11 *Agens vna via si non probat licet ex alia non deducta possit obtinere debet succumbere.*

12 *Rescissio contractus censetur petita si fuerit res petita.*

13 *Iuditum rescindens & rescissorium possunt cumulari.*

14 *Opinio Auctoris in supradicta quæstione.*

15 *Iudex potest super probatis, & discus-*

scussis etiam à principio non petitis iudicare vbi proceditur de bono & equo & interuenit plena causæ cognitio.

16 *Iudex super deductis, & non plene discussis nō potest iudicare etiam stante Pragmatica quod procedi debet de bono & equo.*

SENTENTIA LATA SVper probatis, & non petitis an sit valida vbi proceditur de bono & equo.

Quæst. Tertia.

OCcasione supradictę Pragmaticæ volo quæstionem examinare, quæ in iudicijs, vt plurimum occurrit, 1 † nam regulariter sententia non potest proferri sine petitione Bald. in tractat. de schismaticis, n. 16. Et iudicium nō potest habere legitimam formam si petitio deficiat, vt colligitur ex text. in c. examinata de iudicijs, & in l. si patronus ff. de iureiur. 2 † Ideó si petitio fuerit obscura poterit Iudex à iuditio repellere agentem l. 1. C. de edendo, & in authent. offeratur C. de litis contestatione Bar. in l. si in rem, ff. de re iudicata Iaf. §. omnium nu. 175. instit. de actionib. & sine petitione iudicium non potest subsistere l. inter litigantes ff. de iudicijs c. forus de verbor. signific. c. 1. de libelli oblatione Sarmient. lib. 1. Selectarum c. 2. 3 † Est est de mēte nostræ Regię Pragmaticę ibi sumariamente y de plano sin Ruydo ni figura de Iuizio, y mirada solamēte la verdad del hecho cō que proceda tal petition mediāte la qual el Reo se pueda determinar si sequiere allanar opleytear, y en las criminales se exprima tābien en la petition del accusador el lugar y tiempo conforme alla disposition del derecho para que pueda defenderse el Reo, & sic etiam requiritur petitio, & clara ex dispositione Regiæ Pragmaticæ, quæ in hoc noluit corrigere ius commune imò confirmauit iura superius à nobis allegata,

4 Modo quæro si actor vnum petit, & pendente iuditio aliud probat an sequi possit condemnatio super probato, & non petito stante Pragmatica prędicta Abb. in c. Abbate Sancti Syluani de verbor. signifi. dicit quod si fuit actum super vna actione & postea discussum super alia sequi potest cōdemnatio super actione discussa Abbatē refert, & sequitur Afflict. dec. 95. n. 8. vers. plus dico Caualca. dec. 19 n. 15. p. 1. Osasc. dec. 1. n. 21. vbi allegat Robertum Marántam, & alios Marcellus Cala in trac. de modo articulandi, & proban di gl. 4. n. 28. Idem tenet Auendanus responso primo n. 18. qui ex legia Regia, quæ sancit ī suis re-

regnis veritate inspecta iudicari debere iuris solemnitatibus reiectis deducit actoré, qui agit ex vna, & probat aliam posse à iudice petere, vt Reum condénet ex ea causa, quę bene probata fuit quamuis super illa actione iudicium inceptum non sit.

5 Contrarium tenet Io. Franc. Aponte cons. 42. n. 15. quod si egi ex vna causa, & probo ex alia me ius habere quod nō possum obtinere, sed Reus absolui omninò debet cum debeat libellus iustificari ex causa deducta, & nō ex alia, & Reus, qui vidit propositionem actionis inepte, & cause non vere nō curauit se defendere circa aliam actionem forte competētem, & propterea super alia nō deducta nullo pacto potest iudicari, quia nō adest de ea iudiciū doctrina est Bart. communiter recepta in l. 1. ff. edendo, col. fi. n. 12. notabiliter in casu isto docuit Paul. de Castr. in l. si is ad quem post Bal. ff. de acquir. hęredit. vbi Aret. Abb. in c. fi. de libelli oblatione Alex. qui multa cumulat cons. 121. vers. insuper 1. vol. Menoc. cons. 476. n. 11. Arrius Pinellus in l. 2. p. 3. c. 3. n. 28. & 29. C. de rescin. vendit. pro qua opinione est tex expressus in l. habebat, ff. de insti. actione, & in l. rem ff. de in rem verso, quæ probant agētem ex vna causa obtinere nō debere si probet ex alia quam ea de qua agit & hoc notant fere omnes doctores, & Bar. in l. 1. n. 12. ff. de edendo Paul. de Cast. in l. de posuit vbi tex. & glo. ff. de peculio Felin. in c. licet causam n 4. cum seqq. de probationibus, & in c. examinata de iudicijs, & Afflict. dec. 60. Nicol. Boerius dec. 289. nu. 2. qui allegat l. vt fundus, ff. communi diuidūdo Crauet. cons. 50. n. 17. Parisius cons. fi. n. 10. vol. 1. Tho. Grammatic. cōs. 26. n. 16. facit tex. in l. Bebius Marcellus, ff. de pact. dotal. vbi si agatur inepte ex vna actione cum illa nō competeret, sed alia Iudex proferre debet sentētiam absolutoriam ab obseruatione iudicij quem tex. ad id summe notat Bal. in auth. & si quis C. de secundis nuptijs & Ias. in l. 1. nu. 39. ff. de edēdo, & in §. omnium n. 118. insti. de actionibus cuius conclusionis ratio ea est quam assignat Bald. in l. 2. C. de probationibus, & Paul. de Cast. in l. & an eadem prope finem de exceptione rei

6 iudicate videlicet, † quia in iudicio respectu illius actionis, quæ deducta non est litis contestatio deficit sine qua iudicium corruit, † & probationes facte

7 super actione, quæ in iudicio prępositа non est nulle sunt, & nullius robboris, & ista est communis, & recepta sentētia, ut testatur Arrius Pinell. vbi supra, n. 28.

n. 28. & 29. vnde Gl. in l. verbū oportere, ff. de verb. signif. si decem† petatur, & lite contestata viginti deberi actor probet tenet non posse vltra decem sententia proferri maxime quod ex vera omnium sententia in l. edita, C. de edendo † libellus non potest mutari post litis cōtestationem, & istam esse communem, ac receptam opinionem tenet etiā Christophor. de pax in Ischol. ad ll. stili scholio 2. l. 1. n. 35. faciunt etiam ad propositum, quæ scribit Surd. cons. 4 n. 34. scilicet, vt quamuis mulier & fiscus habeant hypotecā tamen si illa non deducunt eis non proderit attendimus enim viam agēdi præpositam, vt quādo quis plures habet actiones sibi competentes vnam elegit illa attenditur non autem aliæ non intentatæ, † & ideo agens vna via si illam non probat necesse habet succumbere licet ex alia via agens obtinere potuisset l. habebat, ff. de insti. act. l. non possumus, ff. si pars hæreditatis petatur l. quædam, ff. de in rem verso Paul. de Castr. cōs. 81. & cōs. 136. vol. 2. Corn. cōs. 13. vol. 1. latè Tiraquell. de retract. conuention. in fine, num. 88. quam cōclusionem limitāt quando illud super quo pronūtiatur accessorium est, aut virtualiter comprēditur ex natura actionis, quia tunc dici nō poterit sentētiam ferri vltra petita, & enim quę ex natura actionis veniūt implicuit in sunt in ipsa prima litis cōtestatione, & cōtestata esse videtur : iuxta Bal. doctrinam in l. fi. n. 7. C. de fideicom. libert. & latè tractat Fel. in c. licet Helij de simonia, & Octau. Cacher. in dec. 1. Pedemōtana n. 24. & docet Ant. de Butr. in c. cōstitutus nu. 25. de Religion. domibus vbi potest Gl. verbo iustam ratam ait † sufficere rem petere, & hoc vt Iudex possit cōdemnare in rescissionem cōtractus cum ex petitione rei cōtineatur & rescissio tamquam necessarium antecedēs ad rem petitam vnde infert minorē, vel Ecclesiam, quæ petit rem quam vēdidit videri rescissionem vēditionis petere, licet ex verbis non apparet sequitur Alex. in rubr. C. qui admitti, n. 2. Idem Alex. cōs. 82. n. 8. vol. 2. & cōs. 197. n. 8. vol. 5 hāc opinionem vti veriorē amplectitur Sforz. Oddo de restit. in integr. p 1. q. 31. art. 5. n. 36 & 38. Mauritius de restitution. c. 9. n. 3. maxime vbi proceditur & iudicatur veritate inspecta, vt sentit Additionator ad nouas dec. Rotæ dec. 7. sub tit. de resti. in integ. refert & sequitur Sforza d. 1. p. q 31. art. 4. n. 35. † & quod iudicium rescindēs, & rescissorium possit simul cumulari docet Robert. Maranta in

in sua pract. tit. & an Iudex sit competens 9.dist. n.26. & 32.

14 Et sic pro vtraq; opinione sunt rationes, & authoritates grauissimorum DD. quid dicẽdum dico quod in Regno nostro prima opinio fuit semper 15 obseruata, & practicata quod scilicet, † si vna fuit præposita actio, & deinde super alia fuerit facta probatio, ac discussio Iudex poterit stante clausula veritate inspecta super probatis sentẽtiam ferre licet ab initio nõ fuerunt deducta, nec petita cum Osasc & alijs supra allegatis est verum ꝙ hoc intelligi debet vbi super nõ petitis, sed deductis, & discussis interuenerit 16 plena causæ cognitio, † secus si non fuerit datus terminus, nec processus instructus, nec cõuentus defensus tũc enim nõ posset Iudex super nõ petito proferre sentẽtiam solét enim aliqui calumniosi litigãtes facere Processum, & quasi totam causam, & in fine nè Reus possit commodè defendi adducũt nouas causas, & actiones, & ideo in isto casu nõ deberet Iudex super causa ab initio nõ deducta iudicare, vt declarat Præses de Ponte cons. 17. nume. 5. lib. 2. & secundum prædicta fuit decisum in Consistorio sacræ Regię Conscientiæ teste Castillo dec. 57. per tot.

SVMMARIVM Capitis quarti.

1. *Peculium filij familias quid sit, & quotuplex.*
2. *Peculij nomen extinguitur mortuo patre.*
3. *Peculium Castrense quid sit.*
4. *Peculium quasi Castrense quid sit.*
5. *Peculium profectitium quid sit.*
6. *Peculium aduentitium quid sit.*
7. *Filius familias si agere velit, aut conueniatur occasione peculij Castrensis, vel quasi libere in iudicio stare potest absque Patris consensu.*
8. *Filius familias si agere velit, vel conueniatur in iudicio occasione peculij profectitij, & non potest in iudicio stare sine consensu Patris*
9. *Peculium aduentitium quibus iuribus spectet ad Patrem, & quãdo ad filium.*
10. *Pater vbi est vsusfructuarius bonorum filij, & administrator an possit agere, & conueniri in iudicio, ac procuratorem constituere non expectato consensu filij cuiuscumque ætatis filius sit.*
11. *Opinio Innocentij, & sequacium refertur.*
12. *Filius familias si minor sit non sufficit patris consensus in iudicio secundum opinionem speculatoris, sed requiritur etiam curator.*
13. *Pater in aduentitijs vbi habet vsumfructum, & administrationem potest agere conueniri, & procuratorem in iudicio constituere non expectato consensu filij cuiuscumque ætatis sit secundum opinionem*

nem Bart. & aliorum.

14 *Filius in potestate patris non potest habere curatorem, quia Pater dicitur eius curator & tutor.*

15 *Resolutio auctoris vbi concordat su prædictas opiniones.*

16 *Filio habenti patrem quando dari possit curator.*

17 *Filiusfamilias minor vel maior vbi pater non habet vsumfructum, vel habet commoditatem tantum, aut nil quomodo in iudicio comparere possit multa pulcra.*

DE LEGITIMATIONE personę filij familias, siue agat, siue conueniatur. Et an pater posſit sine interuentu filij in iudicio stare, & procuratorem constituere.

CAPVT 4.

1 Filius familias quatruplex habere potest peculium est autē peculium omne id quod filius familias separatim habet à rationibus paternis, quod peculium† tamdiù peculi nomen habebit quamdiù durabit patria potestas, qua extincta peculii nomen extinguitur, & dicitur Patrimoniū, vt colligitur, ex text. vbi omnes DD. in l. fi. in finalib. verb. De in officioso testamento† Primū est peculium Castrense quod à parētibus, vel cognatis aut etiam alijs penitus extraneis in militia filio agenti donatum est vel quod ipse filius in militia acquisiuit, quod nisi militaret acquisiturus nō fuisset de quo peculio est titulus in pandectis de Castrensi peculio, & in l. 1. C. de Castrensi peculio† secundum dicitur quasi Castrense qđ acquirit filius familias ex artiū liberalium professione ex publico munere, aut funtione aliqua ex sacerdotium prouētibus ex causarum patrocinijs scilicet ratione doctoratus legendo, vel postulando, & si non fuerit doctor procurando quo etiam numero habentur quæ filiusfamilias inseruiens Aule principali, vel ex parsimonia propria, quæ fierit, vel ex Principis liberalitate fuerit cōsequutus, de quo peculio tractant DD. in l. fori, C. de aduocatis diuersorum iuditiorum, & l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, & in l. cū multa, C. eodem Bart. in Rubr. de peculio† tertiū dicitur peculium profectitium, quod ex re patris eiusq; occasione ad filiū proficiscitur de quo gl. Bart. & alij in d. l. cum oportet† postremū dicitur aduentitium quod filius familias aliunde quam ex re patris, vel propter patrem cōsequitur, quodque ipsi à matre, uel ab aliquo de linea materna aduenit, aut ab alijs quibuscumq; causis quæ ex prospera for-

fortuna ad eum perueniunt, vel etiam si quid ei sua ipsius contemplatione donatū sit de quo peculio, loquuntur tex. in l. placet, ff. de acq. hęr. in l. 1. C. de bonis maternis, in l. 2. C. eodem, & in l. cū oportet, C. de bonis quæ liberis.

His præhabitis quantum attinet ad materiam nostram videamus quo casu filius familias in iudicio legitime stare dicatur † & dicēdum est quod si filiusfamilias agere velit, aut cōueniatur occasione peculij Castrensis, vel peculij quasi Castrēsis, & libere in iudicio stare potest, nec Patris requiritur consensus, ac interuentus, vt colligitur ex text. in l. miles, la 1. ∫. 1. ff. de Castrensi peculio ibi actionem persecutionemq; Castrensium rerum semper filius etiam inuito patre habet, l. filius familias, ff. de procuratoribus, l. si longius, §. 1. vbi scribentes, ff. de iudicijs, l. noxali, ff. de noxalibus Vant. in trac. de nullit. tit. de nullit. ex defectu in habilitatis, seu mandati comparentium nume. 39. Menoch. de recuperand. possession. remed. 15. nu. 316. ante eos Bar. l. final. §. 1. ver. necessitate nu. 12. C. de bonis quæ liberis, & ibi Bal. ver. quærit glo. quid in Castrensi Salicet. ver. quæro nono Ang. Aret. in §. actiones inst. de actionib. Neuiz. cons. 18. n. 6. & in isto peculio filius famil. instar emancipati dicitur Bald. ibi.

8 Si † filius familias agere velit, vel conueniatur in iudicio occasione peculij profectitij, & non potest in iudicio stare sine interuentu Patris, quoniam peculium profectitium, tàm olim quàm hodie, pleno iure acquiritur Patri, & quoad proprietatē & quoad vsumfructum, & mortuo patre abintestato tale peculium venit in collationem, idest communicatur cum cæteris fratribus, & sororibus per eaque tradūt DD. instit. per quas personas nobis acquiritur, & in l. fi. C. de collation. & quia de patris agitur prǫiudicio iudicium non potest fieri cum filiofamilias super isto peculio sine patris interuentu.

9 In peculio aduentitio quod de iure Digestorum pleno iure parenti acquirebatur, sicut peculium profectitium, vt in l. placet, ff. de acqu. hęr. tradunt scribētes in l. cum filio familias ff. de leg. 1. sed de iure C. aliter fuit dispositum; nam primo fuit emanata constitutio Imperatoris Constantini, qua sancitū fuit bonorum Matris vsumfructum tātum patri acquiri proprietatem, vero esse filij l. 1. C. de bonis maternis. deinde superuenit alterius Cæsaris cōstitutio, quā habemus in l. 2. C. eodem cuius

constitutionis authoritate determinatum fuit, vt non solum bonorum matris vsusfructus tãtum patri acquiratur verum etiam omnium bonorum prouenientium ex linea materna. Tandem superuenit Iustiniani constitutio, quam habemus in l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, qua dispositum fuit, vt omnium aduentitiorum quauis ex causa aduenientium tantum patri vsusfructus acquiratur cum administratione eorundem bonorũ ita quod non possit pater de prędictis bonis disponere, sed eo mortuo filius habebit præcipua, nec tenetur cũ cæteris fratribus, aut sororibus communicare, vt etiam colligitur in l. fi. C. de collat. est verum ꝙ si pater de aduentitijs in vita disponeret filius non posset vendicare nisi patre mortuo Peregr. dec. 95. n. 1. & dec. 102. n. 9.

10 Et quantum attinet ad materiam nostram videamus primo vbi Pater est vsusfructuarius bonorum filij per supradicta an possit agere, & coueniri, ac procuratorem constituere in iudicio non expectato consensu filij cuiuscumq; ætatis filius sit Innoc. in c. accedens de procu-

11 ratoribus † tenet non posse patrem sine filio agere, nec defendere, aut procuratorem constituere in aduentitijs vbi filius est maior septemnio sine consensu filij per text. quem DD. appellant terribilem in l. fi. §. vbi aũt C. de bonis quæ liberis ibi adhibeatur autem etiã filiorum consensus nisi adhùc in prima ætate sint constituti, & cum Innocen. transit Cappella Tholos. q. 105 Roma. cons. 241. Imol. & Aret. in l. fi. §. pupillus ff. de verb. obligat. vbi Aret. dicit nõ posse respõderi ad illum text. per quem ita etiam traddit Alberic. l. si lõgius §. si filius n. 4. ff. de iud. & ideò concludunt Fulg. Ang. & Corneus ibi dicẽtes quod possint irritari plures processus deficiente consensu filij, & quod iudicium sit nullum tenuit etiam Angel. in §. actiones autem nume. 4. institutionib. de actionib.

12 Quinimó voluit speculator magnus practicus in tit. de actore, §. 1. nu. 27. si filius minor sit non sufficit patris consensus in iudicio, quia filius Pupillus cũ Patris consensu obligari nõ potest l. fi. §. 1, ff. de verb. oblig. §. Pupillo instit. de inutilib. stipul. & l. 1. §. 2. ff. de peculio, & sicut in stipulatione cõtrahi non põt cum Pupillo ita in iudicio non potest quasi contrahi, vt l. licet §. si filius, ff. de peculio dandus est ergo secundum istam opinionem curator cuius authoritate conueniatur, nec obstat quod filio in Patris potestate existenti non põt dari curator, quia verum

rum est quod personæ dari non potest, sed liti, vel rei sic vt in Authét. vt liceat Matri, & Auię in principio, & tunc nec sola istius curatoris sufficit authoritas, sed necessarius est cum ea Patris consensus speculator vbi supra, & quod ĩ casu isto debeat etiam dari curator ad litem est gl. in l. si longius, ff. fi. quam sequuntur scribentes ibi ff. de iudicijs, Vant. de nulli. defectu in habilitatis personæ, n. 36. & 42 Franc. Cald. de Perier in l. si curatorem habens, nu. 34. C. de in integr. rest.

13 Contrarium tenet Bar. in l. 1. C. de bonis maternis n. 1. quod scilicet pater possit agere conueniri, & procuratorem constituere non expectato consensu filij illumq; defendere cuiuscumque ętatis filius sit Apertius tenet Bal. n. 8. dicens magnos viros contradicere sentiens de Innocentio qũam sentétiam indistinte à nostris teneri asserit Paul. de Castr. ibi, n. 2. hoc idem vult Bar. in l fi. ff. vbi autem C. de bonis quæ liberis, & hanc dicit cō mu. opi. legistarum Imol. in l. fi. §. Pupillus, n. 3. ff. de ver. obl. & istã opinionẽ Bart. esse equiorẽ tenet Pinell. de bonis maternis in 2. p. l. 1. nume. 66. & quod debeat admitti quæcumq; responsio ad dictum text. in contrarium allegatum etiam colorata, & ideo dat ibi multas resp. ad tex. quas p te potes videre, & maxime ubi filius non hẽet causam contradicendi Patri quod valeant facta à Patre sine cōsensu filij Ang. in d. §. vbi autem & Paul. de Castr. n. 5. ibi causam contradicendi, & ita Apertius Fulg. n. 3. quod iuuatur ex decisione tex. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, in fine, ff. solut. matr.

14 Quid dicẽdum Mastril. dec. 82. n. 10. & seq. refert fuisse decisum quod si filius in potestate parentis est, alium curatorem habere non potest, quia parens eius dicitur legitimus tutor & curator per text. in §. 1. institutionib. de tutel. ubi glos. in verbo non sunt quam sequuntur scribentes commmuniter ibi, & in l. fi. §. fin autem, C. de bonis quæ liberis Corneus cōs. 164. vol. 4. Alciat. cons. 290. n. 2 Alex. Rodensis cons. 22. n. 335. cum seqq. lib. 1. Tu autem distingue & melius scilicet quod

15 aut agitur de proprietate, quæ ipsius filij est, ut vidisti, & dicen cendum de patre sicut diximus de tutore dicitur Pater legitimus tutor & curator filij sui in potestate existentis, & si filius est infans, vel minor infante & poterit pater sicut administrator filij solus adinstar tutoris in iudicio comparere agere, & defendere si vero maior infãte fuerit Pupillus, aut cuiuscumq; al-

terius maioris ętatis filius fami lias fuerit tunc quia agitur de præiudicio filij, & eius est principale interesse pater non poterit in iudicio solus stare nisi adhibeatur etiam consensus filij, & hoc casu verior est opinio Innocentij, & sequacium per tex. ind.l.fi.§. vbi autē C. de bonis quæ liberis Barbosa in l. 2. §. fi. n.40.sol.matr. sicut etiam dicimus de tutore quod quando pupillus est maior infans debet ipse stare in iudicio cum authoritate tutoris hanc opinionem tenet etiam Tho. Meres in apparatu super constitution. Curiarum generalium Cathaloniæ p. 1.colla.6. n.284. aut agitur de fructibus, quæ ad solum patrem pertinent, & tunc quia solius patris est præiudicium solus pater agere, & conueniri poterit, ac procuratorē constituere.iux. Bart. opinionem & sequacium.

16 † Verum quod si pater latitaret puta propter ęs alienū vel aliter nō faceret copiam sui dari posset curator. etiam habenti patrem, vt tenet Rota decis. 211.

17 n. 2. lib. 3. per Farinac.

Et hæc dicta sint, vbi pater esset vsusfructuarius bonorū filij, videamus, q̄d iuris, vbi pater non est vsus fructuarius, quomodo legitimanda est persona filij, ēt distinguendum est, aut summus in emancipato, aut in filio in potestate existentis si sumus in filio emancipato, aut filius est minor, aut maior, si filius est minor, aut impubes, aut pubes si filius est impubes, & tunc pater emancipando filiū fit eius legitimus tutor, vt inst. de parē tum tutela per totum, & nos dicemus latius hic in §.1.huius capitis n.11.cum seqq. & aduertas ne erres, quod ista parentum tutela dicitur legitima, & est sicut cetere tutelæ, nam pater tenetur iurate inuentarium facere, & alia sollemnia sicut cæteri legitimi tutores: quin immo nō administrat, nisi a iudice fuerit ei administratio concessa, per tex. in l.legitimas, vbi Bart. & oēs, ff. de legitimis tutoribus, Corneus, Cassan. & alij, quos allegat, & sequitur Burs. cons. 133 n.34.vol.2. Pinell. qui multos alios allegat l.1.C. de bonis maternis p.2.n.27.cum seqq. Mastrill. dec.82. est verum q̄ non tenetur satisdare, vt aduertit Marcell. Conuersan. tit.5. de parentum tut. nu.5. nec si transierit ad secūdas nuptias ammittit tutelam filiorum, Io. Imol. in l. ex facto, nu.16. ff. de vulgari, & pupillari substitutione, Ant. Gomes l.xl. Tauri n.15. (quidquid dicat Ang. in auth. de non eligēd. secund. nubentibus §. quia vero Cassaneus, & alij,) nam verior, est opinio Imolæ, & aliorū, vt bene defendit Pinell. (de bonis maternis l.4.nu.15. Marcellus

cellus Conuerſanus inſtit.de legitima parentum tutela n.6.

Dixiquod tenet pater tutor filij emancipati adimplere ſollẽnia, intellige, vbi tutor datus fuiſſet perſonæ, & bonis pupilli, ſicut cæteri tutores, ſecus vbi datus fuiſſet tutor ad vnam litẽ tantum, nam tunc non tenetur ad ſollemnia, & dicendum de patre, ſicut dicemus de quocũque tutore ſiue curatore ad litẽ infra c.7.n.9. cum ſeq. ſi filius emancipatus fuiſſet pubes hoc eſt adultus, & velit ĩ iudicio cõparere tũc quia minor dari dẽt curator ad litẽ, & poterit dari idem pater curator, nam ſicuti lex confidit de patre tutore, ita & de patre curatore, & ſicuti pupillus cũ ſolo patris tutoris conſenſu ſi fuerit emancipatus legitimẹ in iudicio poteſt cõparere, ita cum ſolo patris curatoris conſenſu poterit in iudicio ſtare, & militat in vtroq; caſu eadem ratio merito dari debet eadem iuris diſpoſitio.

Et pater de iure vbi non eſt ſuſpectus a teſtatore, vel lege, non prohibetur eſſe datiuus; ſi non ſit legitimus adminiſtrator vt traddit in multis caſib. Azo in ſumma C.de bonis quæ liberis n.3.& 9.Bart. Bald. Ang. & Paulus in l.litis, §. pater ff. de negotijs geſtis, Burſa.conſ.133. n.31.lib.2. Vbi vero filius emãcipatus fuerit maior poterit ſine conſenſu patris in iudicio comparere agere, & ſe defendere cum in iſto caſu ſicut in omnibus alijs caſibus in quibus nil patri quẹritur exercitium iuriũ à nemine ſit ſibi prẹoccupatũ, vel impeditum, ita tex in c.ſi annum & in auth. vt liceat matri, & Auiæ in princ. docto. quos Vant. de null. defectu mandati n.41. Anch. conſ.73. ſi ſummus in filio exiſtenti in poteſtate, & pro rebus in quibus pater non habet vſumfructum, & diſtinguendum eſt (loquendo de minore) aut pater habet commoditatem, aut non ſi pater habet cõmoditatem, & tũc ſi pater vult ſit legitim⁹ adminiſtrator bonorũ filij loquẽdo in aduentitijs Iaſ. in l.cũ filio familias n.158. delegatis 1. Vinc. de Franch. dec. 10. nu. 8. & 9. Milan. dec.3.n.72.lib.2. ante eos Loffred. conſ. 10. ex menſe Bald. in l.1. C. de bonis maternis ſi vero pater noluerit adminiſtrationem bonorum filij & dari debet curator qui ſimul cum patre, & filio citandi ſunt ſi pater nõ habet vſumfructum, nec cõmoditatem, & tũc et diſtinguendum eſt, aut pater prohibitus eſt a lege vel ab homine, & iſto caſu dari debet curator ad litem cum cõſenſu cuius poterit pupillus, ſiue minor agere vel conueniri, nec patris requiritur conſenſus ſiue interuen-

uentus, quia etiã volens pro filio minore aut maiore comparere non admittitur Ruy. Ang. Fulgos. Salyc. & alij quos Mastrill. dec. 82. n. 8. aut non habet pater vsumfructum seu commoditatem, quia non vult, & isto casu debet dari minori curator, & debet minor siue agat, siuè cõueniatur comparere cum interuentu curatoris, & patris, nã vbi pater non vult vsumfructũ filiusfamilias non potest in iudicio comparere sine consensu patris, vt nos latissime dicemus in §. fi. huius cap. num. 11. & in istis terminis procedit opinio gl. in l. si longius ver. dignitatẽ, ff. de iudicijs, Caldas de Perier. C. de in integrum restitutione, l. si curatorem habens n. 34. Mastrill. dec. 82. nu. 9. est verum ꝙ si pater vellet ipse administrare deberet ipse dari curator filij, Milan. dec. 3. n. 100. lib. 2.

SVMMARIVM §. 1. Cap. 4.

1 *Filius familias vbi est maioris ætatis nõ potest regulariter in iudicio comparere absq. patris consensu.*

2 *Pater si nollet consentire filio iuste litiganti poterit filius implorare officium iudicis, vt patrem cogat.*

3 *Filius familias in præparatorijs iuditij potest sine consensu patris comparere veluti in impetratione rescripti, & alijs præambulis præcedentibus litis contestationem.*

4 *Filius familias in Regno nostro non obstante Pragmatica quod in omnibus causis procedatur summarie & de plano exceptis exequtiuis & feudalibus nõ potest comparere sine patris consensu.*

5 *Filius familias in omnibus alijs causis in Regno stante Pragmatica per quam proceditur summarie, & de plano potest sine Patris consensu comparere secundum vnam opinionem.*

6 *Patria potestas de iure naturali erat incognita.*

7 *Filiusfamilias secundum aliam opinionem quam approbat Author non obstante Pragmatica quod procedatur summarie non potest in iudicio comparere sine consensu patris.*

8 *Juditium factum cum filiofamilias absq; consensu patris non valet in præiudicium Patris.*

9 *Pater in bonis aduentitijs habet actionum & iurium exercitium.*

10 *Filius familias sine patris consensu potest accusare.*

11 *Filius familias emancipatus si maior est potest in iudicio sine patre comparere.*

12 *Pater emancipando filium minorem fit eius legitimus tutor.*

13 *Pater tutor filij tenetur adimplere sollemnia secus si est legitimus administrator.*

14 *Pater legitimus administrator totũ commodum habet, & pater tutor in bonis emancipati nil iuris hẽt.*

Ma-

15 *Matrimonium non reddit filium maiorem in iudicio.*

16 *Tutela contractis nuptijs finitur.*

17 *Clericus et quòd habet patrem potest in iudicio pro re ecclesiæ, vel beneficiali sine patre comparere.*

18 *Filius familias mercator potest in iudicio comparere sine patre.*

19 *Filius familias potest sine consensu patris iudicis officium implorare.*

20 *Filius vbi pater esset absens an possit agere sine patre.*

21 *Filius vbi agit quando agit cõtra patrẽ nõ requiritur cõsensus patris.*

DE LEGITIMATIONE personę filij familias, siue agat, siue conueniatur, & vbi Patris requiritur interuentus, vel non.

§. 1. CAP. 4.

1 VErum quod si filius familias maior sit velitq; in iudicio comparere agendo vel defendendo de iure ciuili non potest absq; patris consensu secundum gl. in l. fin. ʃ. 1. ver. necessitate, C. de bonis quæ liberis, & l. 1. in fi. C. de annali exceptione cap. si annum de iudicijs in 6. plures allegat Grassus de effectib. clericatus effectu 60. & Maranta p. 6. mẽbro 9. n. 61. alias iudicium absq; consensu patris cum filio agitatum esset ipso iure nullum speculator in tit. de actore vers. sed & filius familius ver, quod si prę sente Vant. de nullit. tit. ex defectu in habilit. seu mandati cõparentium n. 39. & hoc siue iudicium sit ordinarium siue summarium Ias. in rub. C. qui admitti Bal. in l nec quicquam ʃ. de plano de officio pro consulis, & Legati, quę sunt sequuti Ias. Nig. & Marsil. quos allegat & sequitur post Alex. cons. 59. lib. 2. Roland. Aualle cons. 46. lib. 2 idem placuit Guid. Papę q. 54. & q. 410. Ioanni Corasio in l. q liberos secunda parte n. 19. ff. de ritu nuptiar. Bald. cons. 492 li. 3. & in l. vlt. ʃ. 1. ver. necessitate, C. de bonis quæ liberis Frãc. Marc. q. 69. Menoch. de recup. remed. 15. n. 274. & si Pater nol

2 let consentire potest filius implorare officium iudicis, & Patrem cogere, vt consentiat Bar. in l. 3. ʃ. nunquid ff. de contraria tutelę actione Roderic. Suarez in l. 13. de las deudas n. 34. Ias. in l. ne quicquam §. vbi decretum n. 77. & 78. ff. de officio pro consulis, & legati, & Vant. de nullitate tit. qualiter sententiæ, & processus, qui dicuntur nulli defendi possunt n. 87. & si filius fuerit conuectus sufficit, vt fiat instantia pro illo habendo Rota Rom. dec. 43. n. 8. per Gregorium XV. nisi in

3 præparatorijs in quibus † potest filius familias sine patris cõsensu in iudicio comparere veluti in

in impetratione rescripti , & alijs præambulis ad causam, & præcedentibus litis contestatio nem prout Rot. Romana specu lator, & alij, de quibus Vant. tit. de nullitate defectu mandati, nu. 45. Vinc. Anna alleg. 73. lib. 2. n. 25. consensus autem pa tris sufficit q interueniat ante iuditium Doct. quos Rota dec. 43. per Gregoriũ xv. & quid si subsequatur Cassan. consf. Burg. fol. mihi 160. ver. nunquid autem Marsilius de quæstionibus l. quæst. n. 33. cum seq. & an sufficiat interuenire ĩ quacũq; par te iudicij Ceuaglios in tract. cõmunis contra cõmunem q. 327

Sed quoniam in Regno nostro ex Pragmatica edita à iustissimo Rege nostro Philippo II. in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus exceptis exequ tiuis, & feudalibus proceditur sola facti veritate inspecta sequi 4 tur † vt solum in exequtiuis , & feudalibus seruari debeat ius cõ 5 mune in alijs vero † filius familias potest esse in iudicio absq; patris consensu ratio est, vt colligitur ex traditis à Corneo cõs. 218. n. 2. & 10. lib. 1. quia quan do proceditur sola facti veritate inspecta causę deciduntur secundum ius naturale de quo 6 iure † Patria potestas erat incognita fuit, namq; adinuenta de iure ciuili, vt notatur in text. l. nam ciuium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & instit. de patria potestate, §.

& quod tũc filius familias absq; consensu patris possit agere, & conueniri tenuit Guid. Papa in tract. de rescriptis, n. 3. Gramm. cons. 79. n. 15. & cons. 71. n. 23. cons. 128. n. 19. in ciuilibus, & dec. 19. n. 2. Bellon. cons. 6. Ballus super Pragmatic. regni Pragma. 8. n. 7. fol. mihi 33 :. Muta super cõsu. Panor. c. 39. n. 3. & 4.

† Contrarium tenet Rugi nell practicar. quæstio. c. 41. n. 1. qui allegat Bart. Parid. de puteo, & alios, & mouentur quia talis consensus est de substantia non de sollemnitate secundum Bar. in tract. ad reprimendum in §. de plano, & talis Pragmatica intelligitur & interpretatur legitimatis semper personis idem Bar. in l. 2. de edicto Diui Adriani tollendo tenet quod in causa summaria requirũtur pro bationes legitime quo ad legiti mationem personæ, & in verb. sine figura iudicij in tract ad reprimendum subdit quod quãuis causa cognoscatur sine figu ra iuditij debebunt legitimari personæ per tex. in c. non debet de re iudicata, & hæc opinio est de iure verior maxime vbi agitur de peculio aduentitio cuius peculij actionũ, & iurium exercitium spectat ad patrem vti legitimũ administratorem, vt dicunt omnes in l. cum oportet C. de

C. de bonis quæ liberis.

Non obstat si dicatur, quod Patria potestas sit de iure ciuili, & stante clausula veritate inspecta causę deciduntur secundum ius naturale de quo iure patria potestas erat incognita, quia Respon. secũdum prædictos doctores quod ista, & alię clausulæ apposite in statuto & Pragmatica non tollũt substantialia iuditiorum, & legitimatio personæ est de substantialibus iuditij & quod lgitimatio personæ requiratur etiã vbi proceditur veritate inspecta patet ad sensum, nã alioquin factum alterius nõ habentis à me mandatum posset mihi nocere contra tex. in c. factũ de re iudicata posset enim quis cum non sit hæres hæreditario nomine agere, & cum non sit procurator procuratorio nomine item clarum est quod lex aduentitiorum administrationem solum patri dedit, & non filio ergo filius non est persona legitima cum agitur de aduentitijs.

Insuper si filius familias posset etiam in præiudiciũ suæ proprietatis agere, vel excipere absq; consensu patris sequeretur quod lata sententia contra filium noceret patri, nam constito quod proprietas aduentitiorum non est filij quo iure potest pater vsumfructum tenere bonorumquę per iudicatũ constat ad alios pertinere, & nè contingat patrem priuari vsufructu eo non citato contra dispositionem etiam iuris naturalis dicendum est quod filius non potest esse in iudicio sine patre. Secundum opinionem Bar. Paridis de Puteo & Ruginell. & ista opinio secundum me videtur verior in punto iuris, & eam pulcherrime defendit Menoch. de recup. poss. remed. 15. n. 298. cum seq. quam opinionem Menoch. ampliat etiam si pater non haberet, vsumfructũ super qua opinione est etiam videndus Castiglia de vsufructu cap. 3. n. 14. cum seq. et hoc sane intelligas scilicet exceptis Castresibus, & quasi, vt dixi.

8 Si tamen velles primam sequi opinionem limita, vt procedat solum in præiuditium filij non autem valeret in præiuditiũ patris quia deberet omnino citari pro suo interesse etiã de iure naturę, competit namq; vsufructus patri in aduentitijs, & ideo citãdus est si aliquis velit eum excludere iuxta tradita per text. & DD. dicta l. cum oportet C. de bonis que liberis, & filius qui agit sine cõsensu patris vel conuenitur tamquã is † cui non cõ- 9 petit iuris exercitium frustra ageret quo ad pręiuditium patris & hæc est ratio l. fin. §. necessitate C. de bonis que liberis multos allegat Giurba in consuetud. Se-

nat. Messanens. cap. 7. gl. 3. n. 19.

Secundo fallit regula principalis scilicet quod filiusfamilias non possit sine consensu patris agere nam hoc intelligo verum pro causa ciuili † secus si vellet accusare quia nō prohiberetur, & posset sine patris consensu accusare Bart. in l. inter liberos. §. primo ff. de adulterijs quam opinionem, vt communem sequuti sunt Cardinalis Alexand. in cap. de accusatione 2. quæstio. 8. addit. Hierony. Cucchus in Addit. ad Angelum de malefic. vers. ad querelā post n. 81. vbi quod abea non est in iudicando recedendū Carauit. super Ritu Magnæ Curiæ ritu 201. n. 5. Arect. cōs. 138. Villalobos in trac. communium opinionū l. fi. n. 133. & licet Carrerius in sua pract. criminal. fol. 617. post n. 108. tenet quod magis communis est in contrarium tamen prima opinio est communior, & verior, & non est abea recedēdum quia seruatur in pract. testantur Iulius Clarus. §. fin q. 14. vers. sed quid in filiofamilias & Farinac. q. 12. n. 10. & hoc siue de publico, siue de priuato delicto agatur, & siue accuset siue ipse ab alijs prosequatur, vt notat Farinac. vbi sup.

Tertio fallit vbi filius fuerit emancipatus tunc pater non dicetur eius legitimus administrator † sed emancipādo filium erit eius legitimus tutor si fuerit minor text. iust. de parentum tutela latè Iason. in l. si infanti C. de iure deliberādi, & Socc. Iun. cons. 59. nu. 39. lib. 3. Osasc. decis. 89. Burs. consil. 133. n. 25. & 26. lib. 2. Mastril. d. dec. 82. n. 12. † ideo tenetur sicut cæteri ad implere solemnia nam differētia est inter patrem tutorem, & patrem legitimum administratorem † quia pater, vt legitimus administrator non tenetur rationem reddere diuersum est si pater tutor fuerit, vt notant Paul. & Bal. & Corneus in l. cum oportet. §. sed cū tacitas C. de bonis quæ liberis Bald. in l. Ortonotrofos. C. de Episcop. & Clericis, Bald. Paul. & Aretin. in l. si superstite C. de dolo Suarez quest. de maioratu ad finem per text. l. in litis. §. Pater ff. de negotijs gestis; Cassan. in cōs. Burgundie fol mihi 223. col. 3. in fine, est ratio, † quia Pater legitimus administrator totum commodum habet, solaq; proprietas est filiorum, qui sub eius potestate sunt pater autem tutor in bonis filiorum emancipatorū nil iuris habet, Pinellus de bonis maternis part. 2. n. 27. cum seqq. & ideo tenetur facere inuentarium & sollemnia ad implere, vt Pinell. ibi.

Et similiter † si filius familias minor vxorem duxerit, licet ex consuetudine aliquarum Ciuitatum à Paterna exeat potestate adinstar filij emācipati, & cesset in

in patre administratio bonorum tamē si iste filius erit minor annorum decem, & octo, matrimonium non reddit eum maiorem, sed in iudicio stare debet sicut diximus de emancipato, Glos. c. Puberes vers. ostēdit desponsal. impuberum Castrens. in l. 2. C. si sępius restit. in integr. perhibetur, Peguer. decis. 134. n. 1. Paponius lib. 16. tit. 1. arrestit. 16. Mexia ad ll. Tholeti 6. fundamēto 2. par. n. 10. Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum cap. 12. n. 1. Gregor. Lopes ad l. tertiam tit. 15. par. 2. Suarez ad l. 9. tit. 15. de los pleytos n. 38.

Est verum quod prędicta procedunt in curatore, secus in tutore † nam tutela contractis nuptijs finitur ex traditis a Monta-
26 no de tutel. c. 37. regul. 3. n. 148. Giurba decis. 190. n. 1. & 3.

27 Quarto fallit in filio familias Clerico, qui ageret, vel conueniretur pro causa benefitiali vel Eccles. late Grassus de effect. cleric. effectu 60. n. 2.

28 Quinto fallit in filio familias Mercatore, quia potest in iudicio in pertinentibus ad mercaturam agere, vel conueniri sine interuentu patris, nam statim ac filius familias suscipit gerere mercaturam præsente patre, & non contradicente tacite videtur consentire, quo fit, vt si occasione mercantiæ filius postea agat, vel conueniatur, minime patris requiritur cōsensus, quia cum tacite consentit mercari, ex consequētia tacite videtur consentire, vt agat, vel cōueniatur, argumēto eius quod scriptum reliquit, Saly c. l. cum non solum §. necesse, C. de bonis quæ liberis dum ibi dicit q. si filius familias de volūtate patris est in studio si in loco studij agat, vel conueniatur ipsius patris consensus non requiritur citat, text. in c. ex parte extra de accusationib. addit. ad Marantam p. 6. c. aduertatur ad exceptiones oppositas, nu. 61.

19 Sexto fallit vbi filius familias implorarct officium iudicis, q̃a posset sine consensu patris secundum gl. communiter approbatā l. 1. C. qui admitti, & vult. Ias. in l. 1. n. 8. 6. differentia, ff. de iurisdictione omnium iudicum, Bertach. in tract. de episcopo, lib. 4. p. 5. n. 81. Gabr. cons. 118. n. 11. & 12. quia tunc non dicitur proprie iudicium, secundum Angel. Roma. & Alex. in l. cum filius, ff. si cert. pet. Beccius cons. 97. nu. 19. Vinc. Carroc. de exception. exceptione 128. n. 14.

20 Septimo fallit vbi pater esset absens, nam patre absente, filius potest tentare vtiles actiones sine consensu illius, text. in l. longius, §. 1. ff. de iudicijs, Menoc. de recup. possess. rem. 15. n. 318. Vincent. Anna alleg. 73. nu. 24. lib. 2.

Octauo fallit vbi filius ageret contra patrem, quia tunc non requiritur patris cōsensus, nam non est verisimile patrem præstiturum consensum contra se ipsum, glo. & Doctores in d. §. necessitate quos Bertach. in tract. de episcopo, lib. 4. p. 5. n. 82. & tradit Alberic. in l. lis nulla, ff. de iudicijs, vbi durum esse inquit patrem teneri consentire filio secum litiganti, idem tenet Bec. d. cons. 97. n. 20. vbi extēdit ēt si filiusfamil. ageret cōtra eū quē pater defendere tenetur, & ī M. R. C. in casu isto seruatur ꝙ in petitione ponatur verbum venia prius petita, & non aliter.

Nono fallit in causis spiritualibus in quibus filiusfamilias potest esse in iudicio sine patris cōsensu, & est integer homo glo. in cap. 1. de iureiurando, & in l. ait prætor ff. de militari testament. c. fi. & ibi Geminian. de iudicijs, lib. 6. Carroc. dec. 94. n. 10. Purpurat. Neuiz. Cassan. & Socyn. quos allegat & sequitur idem Vinc. Carrocc. exceptione 128 num. 18.

Decimo fallit in Bulla, nam vbi filiusfamilias esset conuētus in causa Bullæ non requiritur patris consensus, ratio est, quia in bolla omnes exceptiones reijciuntur, preter exceptionem realis solutionis, & ideo non attenditur patria potestas, secundum Guid. Pap. decis. 410. Sed ego hanc fallentiam non approbo, ex quo ista est exceptio, illegitimitatis personæ, quæ etiam in iudicio Bullæ admittitur, vt diximus in præludio huius operis ex Milanense, & alijs, & non est iustum, quod pater præiudicari possit per filium, ne alteri per alterum inferatur iniqua cōditio.

Alias multas ampliationes, & limitationes, ponit Carrocc. de exceptionibus, excep. 128. quas quando casus occurrit faciliter quisque videre poterit.

Tandem an sufficiat consensus generalis, vel tacitus est omnino videndus Vinc. de Anna alleg. 73. li. 2. etsi possit filius familias esse procurator in iuditijs pro alijs, sine patris consensu, tex. in c. generaliter §. 1. de procuratoribus in 6. Alex. in add. ad Bar. in d. §. necessitatem lit. A. & B. Franc. Viuius lib. 1. communium opinionum c. 122. in antiqua editione Tiraq. de legibus connubialibus gl. 5. n. 174.

SVMMARIVM Cap. 4. §. 2.

1. *Pater in aduentitio peculio in multis casibus non habet vsumfructum, nec commoditatem, & desinit esse administrator, & ideo tunc nec agere, nec conueniri poterit.*
2. *Vsusfructus bonorum aduentitiorum potest per matrem, aut alium de linea materna prohiberi Patri.*
3. *Vsusfructus potest prohiberi Patri ex-*

expresse & tacitè & quando dicatur prohibitus tacitè.

4 *Prohibita administratione censetur prohibita etiam commoditas.*

5 *Mater prohibendo patri vsumfructū, an possit hoc etiam in portione legitime competentis filio in bonis matris in praeiudicium Patris.*

6 *Pater potest vsumfructum bonorum filij remittere.*

7 *Pater si succedit cum filio in portione filij non habet vsumfructum.*

8 *Seruus potest filiofamilias relinqui eo pacto vt manumittatur & tunc patri non quaeritur vsusfructus.*

9 *Pater si filio volenti adire haereditatē non consentit non habebit vsum fructum.*

10 *Pater si contraxit incestas nuptias perdit vsumfructum bonorum filij.*

11 *Pater vbi non habet vsumfructum, quia non potest non dicitur administrator bonorum filij secus si non vult.*

12 *Pater in rebus in quibus solam commoditatem habet dicitur administrator.*

13 *Pater administrādo bona filij si dissiparet dēt priuari administratione.*

14 *Pater filio existente bannito, potest administrare, & agere.*

DE LEGITIMATIONE personę filij familias, siue agat, siue conueniatur, & vbi Patris requiritur interuentus, vel non. §. 2. Cap. 4.

1 ET, quoniam pater, etiam in aduentitijs in multis casibus non habet vsumfructum, nec cō moditatem, ideo regula praedicta, quód pater sit legitimus administrator filij, fallit in dictis bonis, pro quibus Pater, nec agere, nec conueniri rectè poterit latè Parisius cons. 157. nu. 15. vol. 2. Sunt autem casus, in quibus pater non habet vsumfructum infrascripti.

2 Primo vbi mater, aut quicūq; de linea materna instituendo filiū, seu cōiunctū prohiberet, ne vsusfructus Patri acquiratur ad tex. in Auth. excipitur, vbi omnes scribentes, C. de bonis, quae liberis, Mastrill. dec. 59. n. 6. Caldas de restitutione in integr. in verb. laesis n. 144. cum seqq. Molina de primog. Hyspanorum li. 1. c. 19. n. 30. cum seqq. Gratian. disceptation. lib. 4. c. 713. n. 17. 3 quae prohibitio, ne dum expresse fieri potest, verum etiam tacite, puta constituendo alios tutores, vel administratores, vel ex alijs coniecturis, Cumanus, Castrens. Aret. Soc. & Ripa in l. cū filio familias, ff. de legat. 1. Boer. dec. 193. & Surd. cōs. 116. n. 22. & 23. & cons. 143. n. 21. & de alimentis tit. 2. q. 15. n. 24. Gabr. cons. 118. n. 12. lib. 1. Becc. cōs. 97. n. 6. lib. j. Gutterez in c. quāuis n. 18. de pactis in 6. Mastrill. dec. 59. n. 7. & quamuis aliqui teneāt, quod requiratur expressa prohibitio, non autem tacita, contrarium est de iure verius, vt

vt bene cōprobat Berous conſ. 139.n.13.cū ſeq.li.2.Boer.dec. 193. Dec.conſ.318. n. 5. & ita ſeruari per Rotam Roman.teſta tur Gratia.c.713.n.18. † & prohibita adminiſtratione cenſetur prohibita, etiam commoditas, Ripa,& alij in d.l.cum filio fami lias, Maſtrill. ibi n.5.vbi allegat Gabr.conſ.118.n.13.vol.1. & conſ.116.nu.73.& hoc eſt regulare, vt prohibito vſufructu ab homine cenſetur etiam probibita commoditas ſecundum magis communem de qua Maſtrill.dec.82.n.5.

4

5 Mater igitur prohibere poteſt patri vſumfructum bonorū per eam relictorum filijs, ſed an iſta prohibitio extēdatur etiam ad portionem legitimæ filio in bonis matris competētis in prę iudicium patris Molin.de Hiſpa nor.primogenijs lib.3.c.19.n.32 & Vinc.de Franc.dec.161. tenue runt prohibitionem matris extendi,etiam ad legitimam patri competentem, contrarium tenuerunt Caldas in l. ſi curatorē habēs de in integrum reſtitutione verbo læſis n.145. cū ſeq. vbi poſt multa concludit φ circa legitimam filio debitam non valebit prohibitio matris, nec ad eam extenditur Rimin.iunior §. j.n.102. inſt. per quas perſonas nobis acquirit poſt Ang.& paulū in auth. excipitur C.de bonis quæ liberis, Bertrand.conſ.3.li. 1.Ruy.in l.Gallus §.& quid ſi tā tum. n.17. vbi Conſta p.5.n.90. de liberis, & poſthumis Fabianus ī auth.nouiſſimè C.de in officio teſtamēto Suarez in l.quoniam in prioribus lim.j. ff. eodē Gomez.in l.48.Tauri n.11.Gratian.c.713. dixi prohibitionem matris eſſe validam, ſed quia mater habere poteſt triplex patrimonium,vt dixi tibi c.14.n.4.huius operis quæro an prohibitiō extendatur etiam ad dotalia, vide Vinc.de Franc.dec.161.

6 Secundo principaliter ſi pater vſumfructum remiſerit, vt C.de bonis, quæ liberis l.cum oportet.§.ſin autem res.

Tertio ſi ab aliquo relinquatur filio,aut detur hoc pacto, vt ad patrem non pertineat vſufructus in auth. vt liceat matri, & Auię in principio.

7 Quarto, ſi ſuccedit filius vna cum patre in hæreditate fratris, vel ſororis,ut in authent.de hæredi. ab inteſtato venientibus ſ.ſi vero col.10. idem ſi fuerint pater ac filius inſtituti ab aliquo quia non acquirit vſumfructum in portione filio relicta Bal. cōſ. 168.lib.5.

8 Quinto ſi ſeruus donetur filio familias eo pacto, vt manumittatur ſtatim ut C. de bonis, quæ liberis, l. vltima. ad fin.

9 Sexto ſi filio fuit de lata hęreditas, & Pater filio adeunti noluit conſentire, vt C. de bonis, quæ

quæ liberis d. l. vltima.

Septimo, si filius familias fiat clericus, etiã primæ tonsuræ, & aliquid acquisiuerit, siue ex clericatu, siue a consanguineis, siue ab alijs in his non quæritur patri vsusfructus, sed potest filius disponere, ac si esset pater familias Bar. conf. 61. vol. 1. Iason in l. patre furioso, in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris Corrad. in c. quia nos de testamentis Speculator tit. de actore n. 47. Carroc. de exceptionibus exceptione 128. n. 19.

10 Octauo si Pater contraxit incestas nuptias, vt in auth. de incestis nuptijs, §. 1. de quibus casibus, si uis latius videre ad eas glos. instit. per quas personas nobis acquiritur verb. vsumfructũ, & DD. in auth. excipitur C. de bonis quæ liberis, in istis, enim, casibus pater caret vsufructu, sed aduertas, ne erres, dum diximus, † quod vbi Pater non habet vsumfructum, non est legitimus administrator, quia intelligimus istud procedere quando est casus in quo patri non quæritur vsusfructus, eo quia non põt quæri, etiam si ipse vellet; puta quando summus in prohibitione hominis, secus autem vbi pater vsumfructũ acquirere non vult, nam tunc est legitimus administrator, quãuis non sit vsusfructuarius, vt declarant Iaf. Parisius, & Cagnolus, quos allegat & sequitur Mastrill. dec. 59. n. 8. & quod vbi pater nõ vult vsumfructum filiusfam. non possit in judicio comparere, siue agat, siue conueniatur sine consensu patris. gl. in d. §. necessitate vbi Bal. dicit hodie esse communem opinionem nempe ꝙ semper requiratur consensus patris ad integrandam eius personam, & pro sollemnitate iudicij quam opinionem esse veram dicit Baldus, & alij, qui tenuerunt contrariũ pessime dicunt quia ad hæredũ est rationi veritatis, idest glosatoris, & in perpetuum inquit nõ errabis idem Bald. in l. nequicquam §. de plano de officio pro consulis, & conf. 193. lib. 3. dicit ꝙ isto casu iudicium sine patris consensu dicitur nullum & ꝙ ab ista opinione non est recedendũ in iudicando latissime defendit idem Bald. conf. 492. eodem lib. & dicit Salyc. in d. §. necessitate qui contrariũ tenent dicunt cõtra opinionem supradictæ gl. approbatam consuetudine cõiter Ang. in l. 2. §. filiofamilias ff. cõmodati cõmuniter receptũ, vt semper requiratur consensus patris si filius est in potestate, & quod hanc opinionem tenet totur mundus idem Ang. in l. si longius §. 1. de iudicijs, & ante eos speculator in titu. de actio. § 1. n. 22. & n. 26. in fi. & tit. de exceptionibus n. 22. vbi ꝙ hæc exceptio potest opponi etiam post sen-

ſententiam dicit Paul. de Caſtr. in d. ꝟ. neceſſitate ꝙ cōmuniter tenetur in practica intellectus gl.cui gloſę nunc applaudet tex. iuris canonici c.fi. de iudicijs in 6. hāc opinionē tenet etiā Alex. conſ.59.l.2. Iaſ.in auth. hoc locum C.de collat. vbi expreſſe ēt vult Dec.Maranta tract.de iudicijs 4.p.diſt.16.n.18.Orianus c. quoniam contra uerſiculo confeſſiones, n. 4.

12 Dixi & commoditatem, quia pater regulariter eſt adminiſtrator bonorum filij in quibus non habet vſumfructum, ſed tantum commoditatem Iaſ. in l. cum filio familias n.158.deleg.j. Vinc. de Franch.deciſ.10.n.8.& 9.Milan.dec.3.n.72.& 73lib.1.

13 Duo etiam volo in hac materia aduertere primū quod ſi pater eſſet vſusfructuarius,& adminiſtrator bonorum filij in caſibus à lege permiſſis, & a nobis ſuperius declaratis, & diſſiparet priuari deberet adminiſtratione; vt notat Pinell·in tract.de bonis maternis p.2.num.33.& 34. Vinc.de Franch.dec.10. n.11.& 12.Maſtril.dec.59.in fi.

14 Secundum notat Bald. in l.ſi donaturus §. ſi quis in debitam, nume.6. ff.de cond. cauſa data, quodfilio exiſtente bannito pater poteſt agere ratione vſusfructus, quia non eſt filij ceſſionarius,ſed agit iure ſuo Allegat tex. in l.3.ꝟ.ſi filius,ff.quod quiſque iuris.

SVMMARIVM Cap.5.

1 *Seruus non habet caput ſtandi in iudicio quia pro nullo habetur.*

2 *Seruus quidquid acquirit domino acquirit,etiam in iure agendi, et defendendi.*

3 *Seruus in iudicio pro cauſa ciuili, nec conuenire,nec conueniri poteſt.*

4 *Seruus ad negotia poteſt conſtituere procuratorem in peculio.*

5 *Seruus ſi de facto fuit admiſſus in iudicio, quia putabatur liber,non valet iudicium.*

6 *Seruus in iudicio non poteſt eſſe procurator.*

7 *Seruus non auditur in iudicio, etiāſi velit dare fideiuſſores.*

8 *Seruus ſi prouocat ad libertatem poteſt per ſe ſolus ſtare in iudicio,& quomodo.*

9 *Seruus poteſt bonorum poſſeſſionem petere, ſi non adeſt contradictor.*

10 *Seruus poteſt ſe defendere caſius in quibus ſeruis permiſſum eſt contra dominos in iudicio comparere.*

11 *Seruus regulariter nō poteſt accuſare.*

12 *Ampliatur etiam ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur.*

13 *Seruus in crimine hæreſis, in crimine leſæ Maieſtatis humanæ, in crimine ambitus, in crimine fraudatæ, annone,et alijs vt ibi pōt accuſare.*

14 *Seruus ſi accuſauit,& nil ſibi fuit oppoſitum procedit iudicium.*

15 *Seruus poteſt accuſari.*

17 *Dominus in cauſa ſerui an citari debeat, & an poſſit adeſſe cauſa criminali,& ſeruū defendere,n.16.*

DE-

DE LEGITIMATIONE personæ serui in iudicio comparentis.

CAP. V.

1 SEruus regulariter nõ hẽt caput standi in iudicio, quia pro nullo habetur, vt colligitur, ex tex. in l. quod attinet ff. de reg. iur. ibi quod attinet ad ius ciuile serui pro nullis habentur Arist. lib. 1. polit. c. 8. & tex. in l. 1. ff. de iur. delib. † & qcq̃d seruus 2 acq̃rit dño acq̃rit ẽt in iure agẽdi, & defendendi, l. quia seruo hæreditario, ff. de actionib. l. 1. & l. siue mihi ff. de stipulatione seruorum, † & ideo in iudicio pro causa 3 ciuili regulariter, nec conueniri e, aut conueniri põt l. vix est, ff. de iuditijs, l. seruus, & l. cũ debitoris C. eodẽ l. seruos, C. de testi. l. nõ seruũ, C. de reuẽdicatione l. quoties ff. de procurat. etiãsi vellet per procuratorem litigare nõ posset † licet possit ad negotia cõ 4 stituere procuratorem l. seruum quoq; ff. de procurator. quod intelligo in peculio, ut ibi.

5 Ampliatur primo etiam si seruus de facto fuisset admissus, q̃a putabatur liber tex. in l. non idcirco, §. cũ postea, ff. de iudicijs.

6 Ampliatur secundo, siue seruus in iudicio veniat suo nomine, siue procuratorio nomine alterius etiam quod non fuerit opposita exceptio sententia tamen lata pro eo vel contra eũm non ualet Paul. de Castr. in l. 2. §. 1. ff. qui satisdare cogantur.

7 Ampliatur tertio etiam quod vellet dare fideiussores, quia non admittitur, & si de facto fuisset admissus fideiussores non obligantur DD. & præcisè Paul. de Castr. d. l. 2. §. 1. ff. qui satisdare cogantur.

8 Fallit prædicta regula primo vbi seruus prouocat ad libertatem, quia tunc ordinata causa liberali non repellitur à iudicio, sed habetur pro libero quousq; causa liberalis terminetur etsi apparuerit liber remanebit iudiciũ firmum, etsi secus irritabitur retro, & nullum fuisse iudicabitur Paul. de Castr. in l. seruus, C. de iudic. per tex. in l. ordinata, ff. de liberali causa. Et aduertendũ est quod in casibus in quibus seruus Dominum in iudicio conuenire potest tenetur Dominus seruo ministrare expensas, vt notat Castrensis in l. vix certis, ff. de iudicijs, per text. in l. fi. C. de ordine cognitionum.

9 Fallit secundo in iudicio quod agitatur absq; forma iudicij quãdo nõ interuenit concursus triũ personarum V. G. cum petitur bonorum possessio coram iudice non apparente cõtradictore, q̃a seruus potest eam petere pro domino l. si seruus ff. de bonor. possessione. Paul. de Castr. d. l. seruus in fin.

10 Fallit tertio vbi seruus vellet se ipsum defendere, quia licet regulariter non possit stare in iudicio potest tamen se defendere si ei nuntiatum fuerit Cassaneus super consuetudinib. Burg. rub. 13 ʃ. 6. fol. mihi 374. nam quando aliquis citatur ad causam aliquã habet legitimam personam comparendi, & se defendendi, Gram. conf. 1. nu. 2. post decisiones etiã ꝙ alias esset inhabilis Castrensis conf. 12. lib. 1.

11 Sunt insuper octo casus in quibus seruis permissum est contra dominos in iudicio comparere quos casus enumerãt tex. & DD. in l. vix certis, ff. de iudicijs vbi etiam Glo. colligit alios sex istos casus quando occurrit potes per te videre.

Diximus quod serui in causa ciuili, nec actiuè, nec passiuè possunt regulariter in iudicio stare, & in quibus casibus regula non procedat. Videamus quid iuris in causa criminali.

12 Seruus regulariter non potest accusare, Gandin. in tract. malef. rubr. qui accusare possunt Roffr. in summa p. 1. rub. de personis litigantium c. 1. n. 2. & 3. speculator tit. de Actor. §. item quod seruus Decian. lib. 3. c. 8. suorũ tractatuum criminalium.

Ampliatur etiam si suam vellet iniuriam prosequi Decia. vbi supra n. 2. Ratio est, quia si qua iniuria seruus affectus est non ille, sed Dominus eius etiam eo inuito experitur, vt in ʃ. seruus autem institut. de iniurijs.

13

14 Fallit in crimine hæresis in crimine lesę maiestatis humanæ in crimine ambitus in crimine fraudate annone in crimine fraudati census, aut si vellet accusare de tabulis testamẽti suppressis, aut vellet pro nece domini in iudicio cõparere; vel à Principe fuisset habilitatus in istis enim casibus, & vno quoque ipsorũ serui admittuntur ad accusandum, vt notat Decian. vbi supra per tot.

15 Limitatur & secundo, quia licet seruus non possit accusare si tamen accusauit, & nil fuit sibi oppositum iudicium procedit Decia. vbi sup. n. 12.

16 Limitatur & tertio vbi seruus in causa criminali fuisset reus, nã licet ipse non possit accusare poterit tamen accusari ab alijs speculator in tit. de actore, ʃ. item ꝙ seruus Decian. latè vbi supra potest enim seruus per se stare in iudicio vbi Reus est, per tex. in l. si criminis, C. ad leg. Iuliam de vi publica notat Mastril. dec. 267. nu. 5.

17 Sed difficultas est an in causa criminali contra seruum debeat citari dominus Saly. in l. 2. C. de accusationibus concludit quod cum in hoc iudicio criminali tractetur de præiudicio domini seruum perdituri dominus est citãdus ne ei ignoranti pręiudicaret quem

quem sequitur Blanch. in pract. crimin. n. 59. fol. mihi 123. Greg. Lop. p. 7. tit. 1. l. 10. in gl. in verb. responder por el Rub. Alex. in l. pen. §. ad crimen ff. de publ. iud. n. 9. Intrigl. sing. 50. lib. 1. in tãtũ quod ratione sui interesse poterit dominus simul cum seruo se defendere, etsi dominus recusat posset solus seruus inuito domino se defendere, ad text. in l. & si non defendantur Bal. in l. Reos, C. de accusat. & ita seruari in M. C. testatur Prouinzal. in d. l. 2. C. de accusat. Sed hodie de nouo stylo M. R. C. solent serui conueniri, absq; interuentu dominorũ in causa criminali, & deuenitur ad torturam, seu ad dationem termini extraordinarij sine citatione domini, vt testatur idẽ Mastrill. dec. 267. n. 6. & n. 7. ex Gomesio, & alijs, subdit quod bene poterit dominus adesse causæ, & seruum defendere pro suo interesse quinimò quod possit etiam constituere procuratorem ex allegatis per eum.

SVMMARIVM Cap. 6.

1 *Tutor si non fecit inuentarium, non potest pro pupillo, aut cum pupillo in iudicio stare, & si de facto fuisset admissus processus non valeret in praiudicium pupilli, secus contra tertium.*

2 *Tutor legitimus, vel datiuus si non satis dedit rem pupilli saluam fore repellitur a iudicio.*

3 *Tutores plures si fuerint idonei potest vnus pro alio fideiubere.*

4 *Tutor si non inuenit fideiussorem non admittitur ad iuratoriã cautionẽ.*

5 *Iudex est obligatus ex officio tutorẽ compellere ad satisdandum.*

6 *Tutor, seu curator testamento datus, aut in codicillis testamento confirmatis non tenetur satisdare.*

7 *Tutor seu curator, etiam, quod fuerint à Patre, vel ab Auo dati in testamento inutiliter, & confirmatione indigeant non tenẽtur satisdare.*

8 *Tutor seu curator à matre datus, quãuis confirmatione indigeat, non tenetur satisdare.*

9 *Tutor an si fuisset à Iudice admissus sine fideiussore iudicium sit validum, aut nullum.*

10 *Tutor si pars excipit, quod non satis dedit põt pendẽte iudicio satisdare*

11 *Contra tutorem excipitur, quod non præstitit iuramentum de vtilia agendo, & inutilia prætermittẽdo.*

12 *Forma iuramenti de vtilia agẽdo, & inutilia prætermittendo.*

13 *Tutor, etiam in exequutiuis non auditur si non fecit sollemnia supradicta.*

14 *Tutor si non fecit sollẽnia an gesta extraiudicialiter per eum valeant.*

DE LEGITIMATIONE personę tutoris in iudicio cõparentis. Cap. 6.

Vidimus de legitimatione personæ minorum carentiũ Pa-

 tre,

tre,& tutore,& etiã illorum, qui patrem habẽt,supereſt,vt delegi timatione tutorum, & curatorũ ea, quæ ſunt neceſſaria ſcribamus,nam de tutelis ſatis vberes, & patentes Tractatus fecerunt Caualcan.Piaggia,Mõtan.Marcell. Conuerſan. Gutter. & alij: In tantum quod præter miſſis quæſtionib.quæ de his fieri ſolẽt tantum illa de quibus in iudicio pro legitimatione earum perſonarum contingit diſputari præponere decreuimus.

1 Contra tutorẽ in iudicio excipitur,quod non fecit inuentarium, tutor enim ſi non fecit inuentarium,non poteſt pro Pupillo,aut cum Pupillo in iudicio cõparere,& audiri tradit Vbert.de Bonaccurſo in tracta. de except. tit.de except.opponenda tutori, & curatori,ſpeculator tit. de tutor.§.generaliter, Bar.& Bal. in l.tutor C.quibus cauſis, in integr.reſt.nõ eſt neceſſaria, Aret. in §.Præterea lu ſecundu nu.52. inſtitut.de except.Boer.dec.53. n.5.Capyc.dec.50.n.3. Miſing. obſeru.37.cent.2.quinimó ſi de facto fuiſſet admiſſus proceſſus non valeret in præiudicium pupilli, Caputaquenſ dec.324. p. 3.l.3.ſecus contra tertium Rota Rom.per Gregoriũ xv. dec.574

2 Excipitur ſecundo cõtra tuto rem datiuum,ſeu legitimum,qđ non ſatis dedit rem Pupilli ſaluã fore,l.legitimos,in princ. & ibi Bar.& DD.ff.de legitim.tutor.l. 1.2.3.4.& tot.tit.ff.rem pupilli ſalu. fore l. de creationib. 27.C. de Epiſc.audien.l.fin. §.ſed cum antiquitas,& §.ſin autem non talis,C.de curat.furioſ l.ſi tutor 4. & ibi Glo. C.in quibus cauſis in integ.reſt.neceſſar.non eſt,l.cum cognatos,3.& ibi Bald.C.de captiu.& poſtlim.reuerſ l.ſãcimus la 1.& ibi Odofr.C.de adminiſt. tutor.l.de die 8.§.tutor,& curator ff.qui ſatiſdare cogantur.l cõſilio 7.§.1. ff.de curatore furioſi,l.muto 6.§.1.ff.de tutel.l.1.l. 2.& tot.tit.C.de tutorib. & curator.qui ſatis nõ dederint, §.nos autem,& ibi Ang.Sylueſt.Aldobrand. & DD. inſtit.de attil. tutor.§.1.& toto titulo,& ibi Ang. Io.Fabr. Sylueſt.Aldobrand. & DD.inſtit.de ſatiſd.tutor. Glo.l. tutor,qui repertorium,in princ. verb. cum oportet ff. de admin. tutor.gl.l.tutores 24.& ibi Saly. n.17.q.15.C.eodem tit.Paul.Caſtrẽſ. cõſ.356.n.4.li.1. Pract.Papienſ. in form. libell. quo agitur ad reddend.rat.tutel.verb.in ſuo vltimo teſtamẽto n.8.Ang.Aret. inſtit.delegit.agnat.tutel ĩ prin. n.3.& 4.& ibi Syluest.Aldobr.n. 9.& 10.Ang.Aret.§.actionũ,n. 34.inſtit.de action. Ang.Aret.§. præterea,n.39. inſtit.de except. Corn.conſ.164.n.4.lib.4. Ant. Piagg.in tracta.de tut. & curat. q.7.n.23.Caualc. in tract.de tutor.n.23.Capy.dec.10.Mãſuer.

in

in sua prax.tit.de tut.& cur.n.2.

3 Et ista satisdatio dēt esse cum fideiussoribus, dicunt præcitati DD.verum, quādo Pupillus, vel minor, aut furiosus haberet plures tutores, vel curatores idoneos, vnus pro alio fideiubere potest, Cy.l.omnes la 2.§.in hac autē inclita, C.de episc.& cler. Alberic.de Rosat.in rub.C.de tutorib. & curat. qui satis non dederunt n.2.tex.in l.si plures,§. si fideiussor. ff. de fideiussoribus, Schrad.de feud.p.10.sess.20.nu. 294. quæ regula de fideiussione præstanda † ampliatur etiam si

4 tutor, vel curator fideiussores nō inuenirēt, nam non permittitur eis iuratoria cautio, sed debēt oīno fideiussores dare, l.2.C.de tutor.& cur. qui satis non dederūt Bal.l.2.C.de vsuris,& fructibus legatorum, Bal.c.coram nu.9.de officio delegati,& c.1.de procuratorib. Roma.conf.439.n.10. Ias.l.1.n.23.lim.8. ff. qui satisda re cogantur, Ias.l.1.n.10.11.C.de procuratorib.Neuiz.conf.17.n. 64. (licet contrariū teneat Mantua cōf.180.n.9.) quia eius opinio in practica non recipitur.

5 Quinimò iudex ex officio, nō tantū potest, sed, etiam cogitur, & obligatus est tutores ad præstandum satisdationem compellere, argumento l.1.§.exigere ibi, oportet, ff.de magistratibus conueniendis,& instit.de satisdatione tutorum in princ. ibi, curet, l. tutores, ibi, debuerunt, ff.de confirmando tutore Beltrand. conf. 388.lib.4.conf.29.lib.5. & tam ad petitionem minoris, quā etiā ex officio potest Iudex, & dēt pignoribus captis,& mulcta in dicta, alijsq; remedijs prętorijs tutores ad satisdandum cogere, & compellere,§.sciēdū vers.quibus institutio.de satisd.tutorū, Io.Faber, & Syluest. Aldobr. ibi. Est

6 verum, quod tutor, seu curator si fuerit testamēto datus, aut in codicillis testamento confirmatis satisdare non tenetur, gl.insti. de satisdat. tutor. verb.probata vbi DD. & præcisè Syluest. Aldobr.

7 n.39. † etiam si sumus in tutore, vel curatore dato à patre, vel auo filio, vel nepoti in testamēto, vel alia vltima voluntate in vtiliter, quæquę confirmatione iudicis indiget, nāq;, nec is, satisdare cogitur l.qui à patre,& l.si filio impuberi,& l.fi.§.fi.ff.de cōfirmādo tutore l.non omniū C. de tuto.& cur.qui satis non dederint, Speculator tit.de tutore.§.si autem tutor. n.3. Syluest. Aldobr. de satisd.tutorum vel curatorum instit. in verb.probata nu.34. &

8 37. † & quod diximus de tutore seu curatore inutiliter dato à patre, idem quoq; iuris est, in tutore, & curatore dato à matre in testamento filio suo,& a iudice cō firmato, quia nec hic satisdare tenetur l.2.& ibi DD.ff.de confirmand.tutor. Syluest. Aldobr.in-

sti-

ſtitutionib. de ſatiſd. tut. & cur. q.7.n.27.circa fi.Specul. in titu. de tutor.§.ſi autem tutor.nu.3. Odofr.d.l.non omnium C. de tu tor. & curator. qui ſatis non dederint,& licet Alberic. de Roſatio in l.in dubiũ,n.1.C.de tut.& curat.qui ſatis nõ dederint,& Fabia.ĩ ſuo Codice li.5.tit.25.deffinit. 2. teneant, quod ſi tutor,

9 vel curator fuiſſet à Iudice admiſſus,abſq. ſatiſdatione admini ſtratio valeret, per rationẽ, quã aſſignant ſcilicet,quia iudex,qui ſatiſdandi neceſſitatẽ remiſit,cẽſetur loco fideiuſſoris,contrariũ tenet Schrader. de feudis p. 10. ſeſs.20.n.363.ſubdens ſupradiĉtam ſentẽtiam eſſe falſam, quia is, qui cum tutore, vel curatore contrahit inquirere tenetur vtrũ is tutor vel curator ſufficientem ſatiſdationem ,& reliqua ſollemnia adimpleuerit, quodq;, ſi ipſe,hoc uon fecerit contractus cũ tutore initus per ſe, & ipſo iure nullus eſt, ſi poſtea , liqueat, vel appareat tutorem, vel curatorem, vel minus idoneã cautionem pręſtitiſſe,vel alia ſollemnia non adimpleuiſſe,prout hoc tradit Alberic.de Roſat. d. l. apud Celſum, §.illa etiã quæſtio ff.de dol.mal.& met.except.tex.l.qui cum alio 19.& ibi.Dec.Cagnol. & DD.ff.de reg.iur.l.pen.iuncta gl. ff.ad SC. Macedon. l.ſi tutor penult. C.in quibus cauſis in integr.reſtit. neceſſar.non eſt,l.in dubium 3.& l.fin.C. de tutor.& curat.qui ſatis nõ dederint. Tiraq.in tract.de vtroq; retract.p.1 gl.1.nu.31. quilibet enim tutor ante ſatiſdationem nõ poteſt adminiſtrare,neq; aliqd gerere, vt ſupra demoſtrauimus, & ex tex. Clarus in l.muto,§.1. ff. de tutelis,& quod non admittatur, nec officium ſuum exercere poſſit,vl tra ſupra allegata notat Bal. l. 1. & l.fi.C.de tutorę, qui ſatis non

10 dederĩt.† Eſt verum quod hęc ſatiſdatio poteſt præſtari,etiam pẽdente iudicio ad commodũ Pupilli ita Alberic.de Roſac.l.in du biũ n.2.C.de tut.& cur.qui ſatis non dederint,Bar.& DD. l.licet ff.de iudicijs,in l.ſi mandauero,t. bi,vbi,Odofr.Bar.Bald. & Saly. Ant. Gabr. tit.de iudicijs concl. 2.num.1. Schrad.p.10.ſeſs. 20. nu. 364.

11 Item excipitur contra tutorem,quod non pręſtitit iuramentum de vtilia agendo,& in vtilia prætermittendo,quilibet, enim tutor, antequam adminiſtrationem tutele aggrediatur, tenetur præſtare iuramẽtum de vtilia agẽdo pupillo,& in vtilia prætermittendo,iuxta tex.in l.de creationib. C.de epiſc.audient.l.fin. §.& ſi quidẽ, & §. ſin autem C. de curat.furioſ.auth. quod nunc generale eſt. C. eodem tit. Pract. Papiẽſ.in forma libelli,quo agit ad redditionem rationis tutelæ, Ant.Piagg.de tutore, & curatore,

re, q. 7. n. 23. Capyc. dec. 50. gl. institut. de satisdatione turorum verb. idonei vbi Aldobr. n. 42.

12 Forma autẽ istius iuramenti, vt colligitur in l. de decretationib. C. de episc. & cler. & in auth. vt ij, qui obligatas se habere perhibent, talis est, quod tutor, vel curator pupilli minoris, vel furiosi tactis sacrosanctis Euangelijs, sub hypoteca bonorum suorũ, iuret se omnia rectè, & cũ vtilitate pupilli minoris gerere, neque pretermittere, quæ vtilia pupillo esse putauerit, neq; admittere velle, eaq; non vtilia pupillo minori existimauerit.

13 Ista omnia adimplenda sunt p tutorẽ si velit legitime agere, & à iudicijs non repelli, etiã in exequtiuis, vt docet Gualter. in sua praxi instrumentali, rubr. 11. 1. p. part. 2. in princip. & ne in iudicijs procuratores decipiantur. aduertant quod vbi minor fuerit infans tutor eius nomine agere, & conueniri recte poterit, & omnes actus fabricari debent in personã tutoris ex doctr. Bal. in l. donatorum C. de acquirẽda possessione docet etiam Robert. Maranta in suo speculo aureo p. 4. capite validũ, aut inualidũ, n. 56. si vero maior infante, aut pubes fuerit minor debent actus fieri ad instantiam minoris cum authoritate tutoris, vel curatoris tutor. n. seu curator fuerunt introducti non vt ipsi agãt, sed vt authorẽtur minori, vt toto tit. ff. & C. de authoritate tutorum Polidor. Ripa obser. 48. n. 2.

De exceptionib⁹ quæ dici possunt aduersus personas tutorum scribunt oẽs toto titulo institutionibus, qui testamẽto tutores

14 dari possunt. † vnum tantũ volo in hoc tibi aduertere ꝙ licet tutor si sollẽnia non adimpleuit repellitur a iudicio tamẽ si extraiudicialiter vt tutor pupilli bona administraret gesta per eum tenerent licet ipse potuisset, vt suspectus remoueri Bart. in l. tutor qui repertorium, n. 7. ff. de administ. tut. Saly. in l. tutores n. 7. C. eodem Abbas in c. ex parte n. 6. vbi ẽt Dec. n. 22. de appell. maxime vbi palam gereret latissime Rot. Rom. dec. 31. nu. 4. per Oliuerum Beltramini.

SVMMARIVM Cap. 7.

1 *Curatores solent dari bonis præsentis quandoq; bonis absentis, & quãdoq; bonis defuncti.*

2 *Curatores solent dari minoribus furiosis, vel Prodicis, aut perpetuo morbo laborantibus.*

3 *Minori solet dari curator bonis, & curator ad litem.*

4 *Curator non datur inuitis Adultis, nisi ad litem, & quid in principe.*

5 *Curator datus à Patre in testamento confirmari debet per iudicem adultis petentibus.*

6 *Minores accipiunt curatorem ad litem*

tem inuiti.

7 *Curator ad litẽ an inuitus dari possit.*

8 *Curator ad litem potest appellare non tamen appellationem prosequi.*

9 *Curator ad lites præsentes, & futuras potest appellationem prosequi.*

10 *Minor si pendente lite, fit maior, an eesset potestas in curatore.*

11 *Curator ad litem semel datus an possit reuocari.*

12 *Forma dandi curatorem ad litem remissiuè.*

13 *Curator ad litem à quo iudice dari debet.*

14 *Clericus Minor si litigat coram layco debet ei dari tutor, seu curator ad litem à iudice seculari. & quid si laycus litigaret coram ecclesiastico.*

15 *Curator ad litem simpliciter datus cẽsetur datus ad litem, qua tunc existit, & non ad futuras.*

16 *Curator datur etiam vbi debitor cederet bonis, aut esset decoctus.*

17 *Curator qui datur bonis decocti debet bona vendere, & satisfacere creditoribus.*

18 *Curator decocti an possit agere, & exigere.*

19 *Curator decocti an possit indistinctè omnes actiones tentare etiam tempore non perituras.*

20 *Curator decocti quomodo soluere habet creditoribus.*

21 *Creditor hypotecarius an, & quando præferatur creditori chirografario anteriori.*

22 *Mulier in bonis postea quæsitis an præferatur anterioribus sicut fiscus ibi remissiuè.*

DE LEGITIMATIONE personæ Curatoris Adulti, & curatoris ad litem in iudicio comparentium.

Cap. 7.

Quia in creatione curatorum solent quandoque causidici, errare, opere pretium esse duxi, hic aliqua practicabilia de curatoribus scribere, & ea solum tangere, quæ in iudicio occurrũt, & practicãtur.

1 Curatores solent dari, quandoq; bonis præsentis, quandoq; bonis absentis, & quandoq; bonis defuncti. Ang. cons. 193.

2 Solent curatores dari bonis presentis, scilicet minoris, furiosi, vel prodici, aut perpetuo morbo laborantis, de quibus singulis ordine suo inferius necessaria scribere curabimus.

3 Minori dari solet curator bonis, & curator ad litem, sed vnus casus differt ab alio, † nam cura- 4 tor bonis datur Adultis, nec inuitus, nec Adulti inuiti curatorẽ eorum bonis accipiũt, §. Item inuiti vbi Glo. & DD. institut. de curatorib. Ant. Piagg. de tutore, & curatore, q. 2. n. 15. Alex. cõs. 122. n. 2. lib. 1. gl. in l. tutori, vers. muneris, vbi Bar. Bal. Saly. Paul. de Castr. & Alex. C. de negotijs gestis, nisi tractetur de persona Regis, vel Principis, qui iuuiti tenentur curatores, accipere, sicut ad litem, Marta in suis decis.

to-

toti⁹ orbis.to.5. tit. curator c.18.

Contrarium tenet gl. in l. pen. in princ. ff. de bonis authoritate Iudicis possidendis, vt scilicet curator absentis exercere possit omnes actiones, etiam tempore non perituras, & pro opinione istius gl. videtur facere tex. in l. 2. ff. de curatore bonis dando.

Quid dicendum, dic, quod, aut curator fuit datus simpliciter ꝑ conseruandis bonis ad instãtiam coniunctorum, vel ex officio Iudicis, & tunc non potest tentare, nisi actiones tempore perituras, & non aliàs, & isto casu verior est opinio Bar. & sequacium, aut fuit datus instãtibus creditoribus, vel pro satisfaciẽdis creditoribus, & verior est opinio glo. quod possit indistinctè omnes actiones exercere

cere ratio est, quia quãdo absens esset ære alieno grauatus, curator exigendo, & soluendo dicitur, cõseruare secundum Angel. ita etiã distinguentẽ in d.l. 2. ff. de curatore bonis dando vbi Iac de Aretio sequitur Alex. conf. 4. n. 4. lib. 2. Tusch. concl. 1106. n. 39.

10 Diximus, quod isti curatores possunt actiones exercere, etiam tempore nõ perituras videamus, quid si fuerint actores, & petierint terminum, & dilationem ad consulendum proprium dominum in partibus, an concedi debeat? vel denegari, & dicendũ est, quod si fuerint actores, non est concedendus terminus, nec dilatio ad consulẽdum ratio est, quia debent venire instructi, & parati ad iudicium, quod intelligo verum, nisi actor fecisset committere causam contra Reum, super uno iure, & Reus produxisset pẽdente lite ius nouum, quia tunc esset super illo nouo iure dilatio concedenda Caputaquensis dec. 15. per tot. Mariscot. c. 91. n. 1. & seq. lib. 1. Et similiter si essemus in terminis legis diffamari. C. de ingenuis, & manumissis, & l. si cõtendat, ff. de fideiussoribus, in quibus terminis (licet conuentus actoris partes substineat, ut diximus in præludio istius operis nu. 16.) tamen vbi curator bonorum absentis, aut quicunq; alius, qui pro alienis conuenitur negotijs, istis remedijs fuissent conuẽti (licet secundum nostram opinionẽ, & communem sint actores) deberent petendo terminum, & dilationem ad consulendum propriũ dominũ admitti, ex quo tractant de alienis negotijs, & non sunt informati de meritis causæ, & nõ possunt deliberare, an velint cedere, vel contendere, vt dicit gl. in c. dilectus de procuratoribus in ver. cedere.

Et hæc si curatores fuerint actores, sed vbi fuissent conuẽti regulariter si terminũ ad consulendum proprium dominum petierint cõcedẽdus est. Sicut concedi solet, & debet procuratoribus generalibus, fideiussoribus, cessionarijs, & generaliter oĩbus his, q̃ cõueniũtur pro alienis negotijs, vt testãtur Muscatell. in sua praxi ciuili p. 3. glo. in ver, iuramẽta, n. 28. Mastrill. dec. 116. & Castigl. dec. 13. & est dec. Rotæ in nouis dec. 395. Octauian. vestr. in praxi Curiæ Romanæ lib. 5. c. 14. nu. 10. vbi Grauat. n. 34. Camill. Borell. in summa dec. p. 1. Tit. 47. 47 n. 65. Mariscott. c. 91. n. 15. lib. 1. variar. resolutionum, & est text. in auth. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet vbi legistæ, & in c. dilectus de procuratoribus vbi glo. & Canonistæ, & loquẽdo in procuratore ponit quatuor fallentias. Mariscot. vbi sup. n. 16. cum seqq. Est Verum, qđ quod tam curatoribus, quàm oĩbus his, qui aliena negotia gerũt

non

nõ semper. & indistinctè cõcedi debet terminus iste ad cõsulendum dominum, sed ita demum si necessitas desideratæ instructionis exigeat, & rerum vrgẽtissima ratio flagitauerit, per tex. in c. 4. §. spacium ver. iudicãtes autem 3. q. 3. & aduertunt supradicti de Mastrillo, & de Castillo in locis supra allegatis, & est vidẽdus Bouedilla in sua politica lib. 3. c. 14. nu. 77. ibi a breuie el corrigidor los terminos, y dilationes, que las partes suelen pedir de malitia por hazer molestia, como dello nõ resulta agrauio. Prohibido por ley, que en las verdad grãde es el cargo, que los litigãtes toman sobre si, en procurar estas dilationes malitiosas, y tambien las procuran los escriuanos para que muchos pleytos biuan mas, que las partes, y tẽgan maiores fructus dellos; & alibi por que ala verdad la dilation de los negotios, y pleytos cõ sume di tal manera a vn a los ricos, que se puede dezir, que el vencidor queda vencido, y quando viene a alcãzar sententia in fauor, non agradecen nada ala justitia, por que los gastos, que han hecho a contece ser majores, que el fructo della sentẽtia, & Imperator noster Iustinianus in l. sancimus, C. de prouinciarum præsidibus cõstituẽdis, subdit sancimus, vt illi magistratum gerãt, qui, & bona existimatione noti sunt, & in exercẽda iustitia plurimum reposuerũt sollicitudinis, & dicit Episcopus de Simãcas lib. 9. de republica, c. 31. quod in materia litigãtium desiderabat videre tres prouisiones, vna, quod tolleretur terminus vltra marinus, seu magna cum difficultate cõcederetur, alia quod aduocati defendẽtes causas iniustas multarẽtur, & cum ignominia punirẽtur, alia, quod calumniosi litigãtes cõdemnarẽtur ad omnes expẽsas, inter esse, & damna passa victori; & inuictissimus, & nũquam satis laudatus Rex noster Philippus II. suã edidit pragmaticam, & legem, quam hodie obseruamus, vt in omnibus causis ꝓcedatur summariẽ, & de plano sola facti veritate inspecta, ꝑ abbreuiãda expeditione litium, patet ibi (cõsiderãdo, que en el nuestro Regno de Sicilia solen nascer no pequegnas differẽtias, y pleyto de vn certo modo, que por rito della Regia Gran Corte si tene di proceder summarie, vel ordinarie en alcunas causas, que por esta via si vienen a largar, y azer immortales cõ gran gasto, y dãno de las partes, &c. Et ante reperiũtur tot iura, quæ iubẽt lites abbreuiari debere, vt l. certi, in fi. C. de iudicijs c. finem litibus de dolo, & contumacia c. cordi de appell. clemẽtina sæpe de ver. signif. (ibi Iudex amputet dilationum mateiam; & sacrum cõsilium Trident. sess. 25. c. 10. de re-

reformatione,& sic per omnia su pradicta iura datur iudicibus prę ceptum, vt in concedendis dilationibus non sint faciles, sed ita demum concedere deberent vbi vrgeret magna causa, & necessitas,& non aliter, vt colligitur etiã ex traditis à doctissimo Iodoc. Damauder. in sua praxi rerum ciuilium c. 114. n. 6. ibi istas dilationes extraordinarias Iudex nõ temere largiri debet, quod ipsius sit officium omnes processus quam breuissime absoluere, ideoq; nullas superfluas extraordinarias dilationes pmittere, hẽt ,ppter enormia damna,& interesse, quæ plerumq; ex indebitis dilationibus, & iustitiæ procrastinationibus enascuntur, ita, vt alterutra pars ob has sępe depauperetur, aut merore contubescit,& moriatur. & ideo dico ego nõ solum Iudex põt & debet has dilationes nõ cõcedere, nisi ex vrgentissima causa, sed etiam vbi concesserit reuocare, vt docet Bal. in l. siue pars n. 1. C. de dilationibus, Cassadorus dec. 4. n. 2. de appellationib. Mariscott. c. 91. n. 22. lib. 1.

11 Si vis videre an curator iste possit transigere, aut alia facere, quæ requirunt speciale mandatum lege Fabian. lib. 5. C. tit. 40. diffinit. 15.

12 Vltimo in hac materia annotatione dignum mihi visum fuit qđ notat Bal. conf. 90. num. 2. vol. 2. quod si aliquis est absens per tempus viginti annorum, ita quod de eo nescit, an viuus, vel mortuus, p̃sumitur mortuus, & bona istius debent diuidi interuenientes ab intestato, p̃stita cautione, quod illa restituent, illo absente redeunte. hanc Bal. sententiam tenet Crauetta conf. 127. in fi. sequitur Mugnos de ratiocinijs c. 6. n. 49. vbi vult, quod in isto casu tales veniẽtes ab intestato debent obligari, & præstare cautionem insolidum ne ille absens grauetur, si deinde rediens velit à quolibet exigere partem suam; istam decisionẽ Baldi etiam ego approbo, dummodo iste absens careret curatore, nam si reperirentur bona sub curatore non essent à curatore auferenda, & danda hæredibus prętensis, sub prætextu, quod sint elapsi anni viginti, ex quo cura bonoiũ absentis non cessat ob præsumptã mortem nisi essent elapsi centum anni quo casu absens pro mortuo habetur, vt notat in istis terminis Fabian. in suo C. l. 5. tit. 40. diffinit. 4.

Potestas autem istius curatoris regulatur a causa, nam si datur cum potestate limitata, vel ex causa limitata puta ad vendendũ bona vel ad quid aliud nil põt vltra causam expressam Ang. conf. 193. n. 2. ver. quandoq; autem, si vero generalis esset curator,& potestas erit generalis, vt etiam notat Tusch. concl. 1104. num. 47. & 48.

Et

Et si uis videre absentiæ causas quando quis allegare possit, & an requiratur mandatum, vel non ad allegandum causas absentiæ, & si supersederi debet Farinac.q.99.n.276.cum seqq.

SVMMARIVM Cap. 11.

1 *Curator hæreditatis iacentis solet ad petitionem creditorum, vel ex officio constitui, & quare?*

2 *Curator hæreditatis iacentis non est necessarius in casibus celeritatem desiderantibus, quando, scilicet periculum est in mora.*

3 *Curator hæreditatis iacentis nõ est necessitatis pro interponendo primo decreto causa rei seruandæ.*

4 *Curator hæreditati iacenti an, & quomodo dari potest, vbi hæres institutus haberet substitutum, & hæreditas non fuisset adita.*

5 *Curator hæreditati iacenti non potest dari, vbi adesset executor voluntatis defuncti.*

6 *Curator hæreditati iacenti non datur si bona sunt vacantia, & quæ differentia sit inter hæreditatem iacentem, & vacantem.*

7 *Curatores hæreditatis iacentis, quãdoque dantur generaliter ad omnes actus, & quandoq; specialiter ad certum actum.*

8 *Curator ad litem hæreditati iacenti datus æquiparatur procuratori, & ea tãtum potest, quæ sunt ei mandata.*

9 *Curator hæreditatis iacentis, an possit cedere liti, vendere res hæreditarias tempore perituras, & an possit compromittere.*

10 *Curator hæreditati iacenti potest dari etiam ad instantiam vnius creditoris.*

11 *Curator hæreditati iacẽti ad hoc, ut detur quæ reqrãtur, et an dari debeat strictior in gradu, & si potest dari femina, vel minor.*

12 *Curator qua sollemnitate datur quando is, qui succedere deberet ab intestato, vel ex testamento fuerit infans maior infante, vel adultus, q tutore, & patre careret.*

13 *Curator hæreditatis iacentis an, & quando teneatur facere inuentariũ, & reddere rationem, & quando bona eius sunt hypotecata.*

14 *Curator si fuit datus hæreditati iacenti, et hæreditas iam erat adita nunquid processus sit nullus.*

15 *Hæres institutus, vel qui succedere potest ab intestato si fuit iniunctus, an velit esse hæres, & dicat nolo esse hæres, an per hæc verba dicatur repudiata hæreditas?*

16 *Hæres si repudiat quando possit nõ obstante repudiatione adire hæreditatem.*

17 *Hæres, & creditor qua via debet sibi satisfacere.*

18 *Hæres creditor si fuerit conuentus potest retinere pro suo credito bona defuncti sui debitoris, & quomodo*

19 *Hæres grauatus de restituendo potest deducere suum creditum, & habet ius retentionis etiam non facto inuentario.*

20 *Hæredi creditori super re subiecta fidei-*

fideicommisso, quæ remedia dantur pro consequendo suo credito.

21 *Hæres si agit, vel conuenitur an opponi possit quod præsumitur satisfactus.*

DE LEGITIMATIONE personæ curatoris hæreditatis iacentis. Caput 11.

1 IAcenti hæreditati solet curator dari ad petitionem creditorum, vel ex officio iudicis, tex. est in l. 2. vbi Bart. & omnes doctores, ff. de curatore bonis dando, Alex cons. 100. nu. 16. vol. 5. quia iudiciū ex tribus personis consistit, puta actore Iudice, & reo, vt in c. forus ʃ. in omni, ff. de verb. signific. & res hæreditariæ, antequam aliquis hęres existat, nullius in bonis sunt, tex. in l. 1. §. quod autem, ff. de rerum diuisione, Ang. in l. ad diem n. 1. ff. de verb. oblig. Imola ibidē n. 2. & deficeret Reus, ideo si creditores velint, agere contra hæreditatem iacentem decerni ante omnia à iudice curator debet, qui sit loco hæredis, quo dato optime procedit iudicium, vt dicta lege secunda, & tex. in l. debitor, ff. de negotijs gestis, Ang. ī l. 4. §. toties n. 4. ff. de dān. infe. vbi dicit per illū text. se plures destruxisse pcessus absq; curatore contra hæreditatem iacentem factos, Mathesil. sing. 4. n. 7. Ant. Padill. in repetit. legis si emancipata, nu. 43. & 44. C. de iuris & facti ignorantia, vbi testatur de communi opinione Gutterez cons. 17. nu. 1. Dec. cons. 509.

Ista regula, seu conclusio, quod contra hæreditatem iacentem nō potest agi, nisi dato curatore limitatur aliquibus modis.

2 Primo in casibus cæleritatem desiderantibus quando scilicet periculū est in mora, per tex. in l. 4. ʃ. toties, ff. de dāno infect. vbi Ang. n. 3. dicit hoc notādum, quia posset afferre honorem ad idem glo. in l. si diu in ver. vrgeat, ff. ex quibus causis in possessionē eatur. ratio est, quia regulariter in his in quibus periculum est in mora dispositio iuris prohibita remittitur per text. in l. si quis filio exhæredato ʃ. hij autem ff. de iniusto rupto testamento, & in l. 1. ff. de damno infecto, & in l. 1. ff. de exercitor. actione l. 2. ff. de seruitut & in l. de pupillo ʃ. si quis riuos, ff. de noui oper. nuntiat.

3 Secundo quando creditor vellet interponere primum decretū, quod contra hæreditatem iacentem absq; curatore interponi potest, nam postquam citatis hæredibus nullus comparet statim creditores nullo adhuc existente curatore in bona defuncti seruandi rei causa immittūur per tex. in l. si bona vbi Bar. C. de bonis autho ritate iudicis possidendis, & d. l. si diu, secus est, quo ad secundum decretum ad quod perueniri non

5 Quarto limitatur, quia curator hæreditati iacēti non potest dari, vbi datus esset executor Cappella Tholos. q. 89. de qua limitatione vide latius per scripta nostra in c. 21. n. 5. tit. de executore vltimæ voluntatis.

6 Quinto limitatur, in hæreditate vacante, nam inter hæreditatē iacentem, & hæreditatem vacantē, est differentia, quia iacens dicitur hæreditas, quando spes adhuc superest hęreditatē adiri posse: vacans vero si nullus naturalis, siue legitimus vsq; ad decimū gradum hæres existat, quo casu, tanquā bona vacantia ad fiscum cum suo onere deuoluuntur, tex. notabilis in l. 1. in princ. ff. de successorio edicto plene notat in l. 1. & in l. vacantia C. de bonis vacantib. lib. 10. vbi Io. de Platea, Dec. cons. 509. n. 1. Andr. Gail obseru. 130. lib. 2. num. 1. & ideo, quando bona sunt vacantia non est locus curatori.

7 Isti curatores dari solent duobus modis, quandoq; dantur generaliter ad omnes actus, & quandoq; specialiter, & particulariter ad certum actū, Ang. d. cons. 192. n. 2. Tusch. concl. 1105. n. 13. l. C. & ideo potestas istorum curatorum regulatur a causa, nam si fuerint dati cum potestate limitata, vel ex causa limitata, puta ad vendendum bona, vel ad litem tantū, nil possūt vltra causam expressā, Ang. cons. 193. n. 2. Bal. cons. 78.

8 considerandum est lib. 2. † & sic curator ad litem hæreditati iacenti datus, æquiparatur procuratori, & ea tantum pōt, quæ sunt ei mandata Bald. cons. 277. nu. 3. ver. præterea curator lib. 5. & curator datus ad iudicia non pōt aliquid circa negotia l. curatorē, ff. de authoritate curatorum, † &

9 si vis videre, an habeat potestatē litis cedēdi, vel transigendi legas Alex. cons. 22. vol. 1. & Francum in c. ex ratione n. 34. de appellationibus, & an possit vendere res hæreditarias tempore perituras cum decreto iudicis, Bertachin. in suo reper. ver. curator datur bonis, n. 33. & an possit compromittere bona fide in arbitrum de lite vertente contra hæreditatē, & an compromissum valeat, & de compromisso necessario, vel voluntario, Ang. cons. 192. & 193. Dec. cons. 22. Tusc. concl. 1105. n. 34. l. C. & concl. 1106. n. 15. & de potestate istius curatoris, Masull. ad Capyc. dec. 87.

10 Et licet tex. in l. 2. ff. de curatore bonis dando, Specul. titu. de tutor. n. 14. vers. opponitur autē lib. 1. Odofred. de curatore, n. 6. Stracc. de decoctore p. 7. n. 16. to. 6. p. 1. fol. 324. Capyc. dec. 87. dicant curatorem esse dādum, ad instantiam maioris partis creditorum, id intelligitur quando cōcurrunt plures creditores, secus si apparet vnus solus, quia ad instantiam vnius dari solet, & debet

curator, vt notat Stracc. de cambijs gl. 6. §. 7. n. 3. in fi. fol. 719.

11 Et ad hoc, † vt curator hæditati iacenti legitime detur videamus, quæ requirantur Capyc. dec. 87. ponit aliqua requisita, & melius examinat Cornazan. dec. 143. per totam. vbi dicit quod sex sunt requisita ad dationem curatoris hæreditati iacenti, quorum vno deficiente deficit, & curatoris constitutio. Primum, quod curator iste dari debet ad instãtiam creditorum, vel vnius creditoris tantũ, vt dixi, ex allegatis per Ang. cons. 193. n. 4. & Capyc. dec. 87. nu. 1. hoc requisitum non est de substãtia (quidquid dicant ipsi) ex quo secũdum magis communem opinionem potest, etiam dari ex officio, ne bona careant rectore, & ammittantur, interest enim, & futuro hęredi, & creditoribus bona non remanere vacantia, ne amittãtur Cornazan. ibi. & And. Gail practicar. obseruation, lib. 2. cap. 130. nu. 2.

Secundo requiritur quod citetur hij, quorum est prima causa successionis, filij, vel hæredes, qui succederent ab intestato, vel ex testamento si volunt esse heredes, vel non, Capyc. & Cornazan. ibi. Scacc. de cambijs, §. 7. gl. 6. n. 8. fol. 720. & est tex. in l. 1. ff. de successorio edicto tex. notabilis in l. 1. §. pen. ff. de ventre inspiciendo Bar. in l. 2. n. 3. ff. de curatore bonis dãdo, Gail vbi sup. n. 3. Tusc. concl. 1105. nu. 17. l. C. Et hoc quando sunt certi, si vero essent incerti, sufficit citatio per edictũ. Franc. Marcus dec. 27 p. 1.

Et ĩ hoc est aduertendũ, quod licet curator hęreditatis iacentis, vel absentis sit datiuus, & non legitimus, vt pulcherrimè declarat Schrader. p. 10. sess. 19. nu. 155. Iudex tamen curam istorum bonorum, magis coniunctis, siue illis, qui ad successionem talium bonorum ab intestato aspirare possunt decernere, illosq; alijs semper pręferre debet, ut tradit Dec. cons. 575. n. 6. Caualcan. de tutor. nu. 331. Visill. in additionib. ad Mattheum de Affl. dec. 256. n. 3. Menoc. in trac. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu 150. n. 32. Tiraqu. de vtroq; retracta. p. 1. in pręfation. num. 41. & seq. facit tex. vbi Bar. Ang. Cyn. Bald. Fulgos. Paul. Ias. in l. Imperator ff. de pact. & in l. is qui ff. de tut. & cur. datis ab his. Et licet strictior dari curator debeat ex prædictis non deberet dari femina excepta matre, et si fuisset ab strictior Ang. in l. 2, ff. de curatore bonis dando, in prin. allegat tex. in l. cuius bonis, ff. de curatore furiosi sequitur Alex. cõsil. 221. lib. 6. & similiter non porit dari curator minor 25. annis, gl. in d. l. 2. vbi Angel. ff. de curat. bonis dando sequitur Alex. d. cõs. 221. & Dec. cons. 575. n. 4.

12 Sed † quid si iste, qui succedere deberet ab intestato, vel ex testa-

testaméto fuerit īfans, aut maior infante, vel adultus, q̃ tutore, & patre careret, scimus enim, quod hæreditas antequam fuerit adita, quàmuis delata sit alicui dicicitur iacere. Videamus quid faciendum in practica, & distinguẽdum est, quod is, qui succedere dẽt, aut est infans, vel maior infante, & pupillus, & dari dẽt, tutor ad deliberandum an sit, vel velit esse hæres, & isto casu non põt dari curator, quia pupillus nõ potest deliberare, nec adire, nec repudiare cum authoritate curatoris, tex. est in l. cum in vna, ʃ. tutor. ff. de appellat. & in l. seruus, §. impubes, ff. de bonorum possessione, Socy. & Bal. quos refert, & sequitur Robert. Maranta in repetition. legis is potest, ff. de acquir. hær. n. .& quod ad repudiandum necessaria sit authoritas tutoris, tex. est in l. pupillorum, C. de repudianda hæreditate; si verò fuerit adultus, & dari debet curator, etiam ad deliberãdum an velit esse hæres, vel non. quo tutore, siue curatore dato per modum à nobis traditum, in principio operis sub titulo de legitimatione p̃sonæ pupilli, & de legitimatione personæ adulti, fit iniuntio tutori, si minor fuerit infans, & minori cũ authoritate tutoris, vel adulto cum authoritate curatoris, si fuerit maior infante, vel adultus, vt declaret, an velit esse hæres, & elapso termino si declarat, quod vult esse hæres, & tunc dari debet alius curator ad litem, seu tutor per modum, vt in principio operis diximus; si vero non declarat, aut declarat nolle esse hæres, & tunc debet dari curator hęreditati iacenti, & ratio est, quia tutor, seu curator datus pupillo, seu adulto ad deliberandum, an velit esse hęres, facta deliberatione, seu declaratione non est amplius tutor, nec curator. cessante causa cessat datio tutoris, vel curatoris, & de iure dari dẽt, & potest ad vnum actum, seu negotium tutor, seu curator, tex. est in l. ad p̃tegendam C. de in litem tutorem dando, & cessante actu, seu negotio, cessat tutoris, seu curatoris authoritas, & potestas, Ang. cõs. 193. & Illustris. Card. Tusch. cõcl. 1104. n. 47. lit. C. & si dicatur, quod tutor regulariter non põt dari ad vnum actum, per tex. in l. certatum cum duabus seqq. ff. de testam. tutela. Respondetur cum Gutterez de tutelis p. 1. c. 19. nu. 10. q̃d hoc est speciale pro adeunda hæreditate iuxta tex. l. cum in vna §. tutor. ff. de appellat. Gutterez ibi.

Tertium requisitum quando hæres est extraneus Iudex arbitrabitur tempus ad deliberandum, quod centum dierum minus esse non debet, & si hæres esset de descendentibus, debet statui annus Capyc. ibi n. 5. Cornazan. nu. 4. sed hoc non seruatũ in practica solet

sis restitutio in integrum non est necessaria, Ant. de Butr. cons. 18. latè Cabellin. milleloq. c. 28. lib. 1. & Menoch. cons. 314. n. 27.

Sed tu dic cum Scacc. in tract. de camb. §. septimo Glo. 6. n. 10. aut creditor sciebat exstare hæredem, & tunc datio curatoris non tenet, & consequenter processus est nullus, aut ignorabat, & tunc distinguẽdum est, vel usus est debita diligentia obseruando ea omnia, quæ diximus necessaria in datione istius curatoris, & isto casu processus tenet, quia est ignorantia excusabilis, & paria sunt non esse, vel esse, & nõ apparere, quãdo est facta debita diligentia per ea, quæ scribit Fulgos. cons. 190. vel non est usus debita diligẽtia, & tunc error, quia Crassus, & supinus vitiat dationem curatoris, & processum, & propterea Ego in datione curatoris consulerẽ, ut fieret publicum proclama, ut si quis esset, vel vellet esse hæres, declarare deberet apud acta curiæ; nam tunc cessaret omnis suspitio scientiæ, & esset fortior præsumptio ignorantiæ, ut notat Scacc. ibi n 130.

Est verum quod si pendente iudicio cum curatore hæres comparuerit ẽt post sñiam, & in executione ipsius sententię deberet audiri pro suo interesse, quinimmo cessat potestas curatoris, & iudicium prosequi debet cum hęrede; nam per aditionem officium curatoris finit, ut tenet Speculator titulo de executione sententię, §. 3. ver. item pone n. 9. fol. mihi 265. Et hęc dicta sint in hęrede, pone quod hæreditati iacenti fuissent dati duo curatores unus post alium diuersis temporibus, & lis fuisset agitata cum uno tantum quæritur, an valeant, acta; circa quod notandũ est, quod, aut dicimus istos esse curatores speciales scilicet, ad unam litem tantum, ex quo propter unam litem tantum fuerunt petiti, aut generales; primo casu si secũdus datus fuit ante litem contestatam cum primo censetur primus reuocatus, nisi contrarium fuerit actum expresse, sicut dicitur in procuratoribus lege si quis cum procura ff. fin. ff. de procuratorib. si vero post litem contestatam, tunc datio secundi non tenet, quę omnia habenẽ l. cum semel ff. de tutelis ubi gl & Bar. ubi vero litigium esset agitatum, in primo casu cum primo, qui reuocatus erat non valeret, & idem in secundo casu, si cum secundo, qui potestatem nõ habebat. Secundo casu principali, si dicamus eos fuisse generales curatores bonorum tunc secundus non debuisset dari sine causæ cognitione l. curatorem C. qui dari tut. possunt Bar. d. l. cum semel & gesta cum secundo non valerent super quibus conclusionibus est omnino videndus Paul. de Cast. cons. 143. n. 2. lib. 1.

Se-

Secunda difficultas quid si fuisset facta iniunctio hæredi instituto, vel qui succedere potest ab in testato, an velit esse hęres, & ipse dicat nolo esse hęres, an per hęc verba dicatur repudiata hęreditas, adeò, vt non possit amplius ꝑ eum adiri, nam sicut semel hęres non potest desinere esse hęres, §. extraneis instit. de hęred. qual. & diff. ita semel repudians hęreditatem, nō potest amplius adire, tex. est in l. cum ignorantia, C. de iuris, & facti ignorautia dico nō esse per illa verba repudiatam hæreditatem, vt colligitur ex traditis à Iacobo Butrigario in l. filij matrem, §. 1. ff. ad Trebellianum, quē refert, & sequitur Bal. ibi, subdēs quod ista opinio seruaẽ in palatijs, Cyn. testatur, etiā seruari ibi sequuntur Alberic. & Curtius, & Sebastian. Sappia, sequitur, etiā Padilla in d. l. cum ignorantia, n. 11. C. de iuris, & facti ignorantia. pro ista conclusione faciunt, tex. in l. non numquam C. de collat. bonor. vbi is, qui dixit se nolle cōferre non videtur possessionem bonorum repudiasse si post cautionem de conferendo offerre velit, & tex. in l. titius, ff. de actionib. empt. vbi gl. vers. voluisset vbi ex eo quod quis nollet legatum non censetur repudiasse legatum.

16 Et quod diximus quod hęreditas semel repudiata nō possit amplius adiri; fallit si sit hęres suus, qui ratione suitatis potest abstentionem suam infra triennium reuocare, & sic filius, vel nepos, qui est suus hęres parti, vel Auo, non obstante quod ab hęreditate, eorum se abstinuerit expresse, poterit abstentionis actum infra triennium reuocare, & hæreditatē adire, aut se illi immiscere, tex. est in l. si quis suus, ff. de iure deliberādi l. fi. C. de repudianda hæreditate, Padill. in l. cum ignorantia, C. de iuris, & facti ignorantia.

Item fallit secundo, si hęres iniunctus à iudice, vt declaret an velit esse hęres, non respōdeat, nam tunc non obstante lapsu termini ad deliberandum dati à iudice nō dicetur exclusus ab hęreditate, & poterit infra tempora á legibus statuta adire, nam licet Iudex in iniuntione apposuerit pœnā, qđ si non declarauerit infra dies quatuor hęreditas habeaẽ pro repudiata, ista verba intelliguntur ad eum tantum finē, vt ipso non declarante constitueretur curator, siue defensor bonis hęreditatis iacētis, vt soluantur debita creditoribus hæreditarijs, & ad instantiā ipsorum, quod Iudex facere pōt, vt vidisti supra non vero, vt hęres excludatur omnino à prędicta hęditate, nec à iure adeundi sibi competēti infra terminum à legibus statutum, quē terminum Iudex in damnum hæredum abbreuiare non pōt ad omnimodā exclusionem hęredis ab hęreditate, sed tātum, vt prouideat de cura-

ratore, & defensore bonis, qui respōdeat creditorib⁹, & satisfaciat debitis defuncti queādmodū terminat Bal. ī rub. C. de success. edicto n. 2. Greg. Lop. ī gl. alomenos in l. 2. p. 6. in 6. Gutter. cōs. 17. n. 1.

17 Occurrit, & aliud scitu dignū, puta si quis reperitur hæres ex testamento, vel abintestato cum beneficio legis, & inuentarij, & creditor eiusdē hæreditatis, qua via esset ei concedenda, vt posset sibi satisfieri de suo credito non. n. tenetur satisfieri cum fructibus bonorū, Surd. dec. 92. & decis. 224. dic quod competunt tres vie. Prima est, qđ hæres vbi haberet creditum liquidum, & pecunias hæreditarias liquidas, aut res hęreditarias liquidas sibi ipsi propria auctoritate soluat, Bal. in l. fi. §. in cōputatione, C. de iure deliberandi, n. 4. Mōticola in tra. de inuētario, n. 130. to. 8. p. 2. fol. mihi 243.

Secunda via quàm docet etiā Bal. in l. debitori, C. de pactis, sequuntur multi DD. quos citat, & sequitur Surd. cōs. 7. n. 32. & cōs. 138. n. 25. lib. 1. est, quod hæres ci tātis creditoribus implorat officium iudicis super separatione bonorū iuxta ea, q̄ scribit glo. ī l j. ff. de separation. Surd. dec. 224. n. 3

Tertia via, & hanc vt plurimū practicamus est, vt detur curator hæreditati quasi iacenti ad instantiam hæredis creditoris, nā tunc recte iudicium procedet, quia hæres nō pōt esse actor, & reus, sicq; agere contra seipsum, quia actio, & passio in eodem subiecto stare non possunt, & hæres cum beneficio legis, & inuentarij in his, quæ sibi damnosa sunt non cēsetur hęres, Monticula tract. de inuentario, n. 130 to. 8. p. 2. hancq; viam docet Illustriss. Card. Tusch. concl. 23. vers. hæreditas, n. 3. quā approbat Scacc. trac. de cāb. §. 7. gl. 6. n. 15. & est via tutior cum formato iudicio hæredes per sn̄iam consequūtur creditum acquirūt fortius ius, & iustiorem possessionē, & apud nos hæc tertia via, vt plurimū practicatur. Burg. de laudemio p. 3. inspect. 15. n 19. & quādo creditum hæredis est liquidum pōt dari curator ad instanstantiam hæredis creditoris ꝑ assignanda in solutum hæredi re aliqua hæreditaria præcedente æstimatione, nam licet de iure certe rei dari non possit tutor, vt l. certarum cum duabus ll. sequentib. ff. de testamētaria tutela curator tamen. bene pōt dari ad vnum actum iuxta l. non tātum. ff. de tut. & cur. datis ab his, Bar. d. l. certarum. Gutterez de tutelis, p 1. c. 19 n. 10. Et est vtilissimū qđ hæres deducat suū creditū, nā si nō deduxisset nō posset postea deducere cū securibus late Mariscot. c. 37. n. 8. variar. resolutio.

18 Est verum quoq; quod si hæres fuisset conuentus ante deductionem posset retinere pro suo credito, nā confusio, quæ fit per aditionē procedit quo ad actionē, pro qua est hęres, nō tn̄ quo ad reten

M tio-

tionem, ét non confecto inuentario Paul. de Castr. conf. 19. vol. 2. Alex. conf. 67. vol. 4. Crauet. cõs. 144. n. 5. Ant. Mangilius in tract. de imputat. q. 17. n. 19. Quod ꝓcedit in herede fideicommissario, Cuman. conf. 37. nu. 3. Castrens. cõs. 186. lib. 2. Menoc. conf. 89. n. 153. & sic confusio, quæ fit aditione hæreditatis resoluitur quãdo in alium transfertur hereditas veluti restitutione fideicommissi, & tex. l. debitori, C. de pactis procedit vbi hæres ageret, vel peteret, vt dixi, sed non vbi vellet retinere, Socc. iunior conf. 270. in 1. dub. vol. 2. Dec. conf. 331. n. 2. & 3. Marta voto 13. nu. 19. Masull. ad Capyc. dec. 195. Decian. resp. 121. n. 4. lib. 3. †& quod grauatus fideicõmisso possit deducere suũ creditum, & hẽt ius retentionis ét nõ facto inuentario. Surd. dec. 310. nu. 13. Gratian. discep. 203. n. 10. in hoc n. per ius nouum nõ corrigitur ius antiquũ, nã prospexit contra hæredem, qui recusat integra legata, aut debita soluere creditoribus sub prætextu quod hæreditas nõ sit soluendo iure n. veteri heres tenebatur insolidum creditoribus, & tamẽ aduersus fideicommissariũ poterat deducere, quod sibi erat debitũ, cũ bona & iura hr̃dis nõ veniant in fideicõmisso, aliud est ꝙ hæres teneatur vltra vires creditoribus, & legatarijs nõ cõfecto inuẽtario, & aliud est, qđ dẽat restituere fideicõmissario iura sua, cũ nõ veniat ĩ restõne, nisi ipsa hr̃ditas, ꝑ consequẽs nõ obest ommissio ĩuẽtarij, vt nõ possit deducere creditũ, prout poterat ꝑ ius vetus ita explicat Ias. conf. 28. lib. 3. Roland. conf. 65. n. 13. lib. 2. vbi dicit ꝙ põt deduci ét debitum solũ naturale. Ang. conf. 64. in fi. Crauetta conf. 144. n. 5. Honded. conf. 18 n. 26. lib. 1. vbi de communi Cardinal. Mantica de coniecturis vltimar. volunt. lib. 1. tit. 8. n. 15. & dicit Gratian. c. 203. suarũ discept. n 16. †quod triplex remediũ datur hæredi creditori ad hoc vt deducat suũ creditum de re subiecta fideicõmisso primum, ut ante aditam hæreditatem sibi caueri petat, secũdum, vt in ipso actu restitutionis retineat, & deducat ꝙ sibi debetur, tertium, vt post restõnem agat cõditione in debiti, & sic confusio, quam dixi fieri quo ad actionem intellige vbi hæres nõ esset in dãno, & remanere posset apud eum tãtũdem; secus quãdo hæres esset in dãno, quia actio haberetur pro non cõfusa, ne remaneat hæres in damno, Gratian. d. c. 203. nu. 20. vbi multos allegat, & hæc dicta sint in hærede fideicommissorio? quid si esset hæres directus videndus omnino Gratian. c. 204. nu. 26. cum seq.

Sed an si hæres agat, vel conueniatur, & opponat de suo credito possit excipi, vel replicari qđ præsumitur satisfactus de bonis hæreditarijs, tex. in l. si ei cui §. 1. ff. de euictionibus, Bar. in l. peculium

Ƀum la 2. vbi ẽt Paul. de Castr. n. 2. ff. de peculio. Soc. iunior conſ. 170. n. 8. lib. 2. Alciat. conſ. 572. ẽt ꝙ fecerit inuẽtarium, quia qñ ex lectura apparẽt bona vltra cre ditum hæredis præſumitur hæres ſatisfactus, Gabriel conſ. 125 n. 12. li. 1. Affl. dec. 26. Surd. dec. 170. n. 1. & ſeq, Menoc. conſ. 183 nu. 35. Seraphin. dec. 967. Rota dec. 680. vbi ampliat in quocunque adminiſtrante n. 6. & 7. p. 1. diuerſ. Gratia. c. 214 late Mariſcot. variar. reſolut. lib. 1. c. 37. n. 2. & 3. vbi dicit ꝙ quando hæres vult ſibi appropriare rem aliquam hæreditariam requiritur factũ iudicis, ſed additio ad Rotam Roma. ſub Sanctiſſimo Greg. 15. dec. 67 nu. 16. tenet ꝙ appropriatio ẽt ſi fieret propria auctoritate valeret quãdo eſſet extra dolũ, & fraudẽ allegat dec. Rotæ 71. n. 4. p. 1. diuerſ. eſt tamen ſemper notandũ, ꝙ iſta præſumptio, ꝙ hęres cenſeatur ſibi ſoluiſſe eſt inducta in fauorem hæredis, non aũt in eius damnum Bar. in l. ſi hæres §. fi. ff. de fideiuſſoribus. Barboſa in l. quę dotis n. 6. ff. ſolu. matr. vnde ſi hęres daret diſtributiuum bonorum hęreditariorũ ceſſaret pręſumptio, quę cedit veritati.

SVMMARIVM Cap. 12.

1 *Hæredis perſona ſi agit quando dicatur legitima.*

2 *Hæredis perſona vbi hæres conuenitur quando dicatur legitima, & quot modis adiri poſſit hæreditas, & an, qui diſponit de re hæreditaria dicatur adire.*

3 *Hæres ſuus an præſumatur in mixtus, & de regula eſt filius ergo hæres an procedat.*

4 *Quid ſi filius poſſideat bona hæreditaria.*

5 *Hæreditatis aditio quibus modis probetur remiſſiuè.*

6 *Hæreditatis repudiatio ex quibus verbis, vel coniecturis inducatur, & probetur remiſſiuè, & an, & quando hæreditas non adita tranſmittitur.*

7 *Hæredum vnus ex pluribus an agere poſſit inſolidum contra debitores hęreditarios.*

8 *Bonorum poſſeſſio de iure prætorio infra quantum tempus agnoſci poteſt.*

9 *Hæreditas infra quantum tempus adiri poteſt.*

10 *Succeſſorium edictum quid ſit, & quomodo locum habeat.*

11 *Hæredes ſi fuerint plures an, & quando poſſit vnus inſolidum conueniri.*

12 *Hæreditas ſi minori fuiſſet delata quo iure dicetur legitime adita.*

13 *Mater & qualibet alia perſona an poſſit pro infante bonorum poſſeſſionẽ agnoſcere, & poſſeſſionem capere.*

14 *Hæres an, & quando teneatur approbare factum defuncti.*

15 *Tempus adeundi hæreditatem eſt triũ menſium, & quando currit a die ſcientia, vel a die aditæ hæreditatis.*

16 *Tempus perficiendi inuentarium currit etiam contra minores adeuntes*

sine inuentario est verum quod possunt restitui in integrum.

17 *Maiores an restitui possint si non fecerunt inuentarium infra tres mẽses.*

18 *Heres adeundo hæreditatem, sine inuentario quando teneatur creditoribus, & legatarijs de proprio.*

19 *Heres vbi proceditur de bono, & equo & constat de bonis apud eum peruentis etiam si non fecerit inuentarium non tenetur de proprio.*

20 *Inuentarium an continere debeat bona omnia & nomina debitorum.*

21 *Heres si non describit omnia bona in inuẽtario tenetur de proprio, etiam si protestetur in forma solita.*

22 *Inuentarium præsumitur legitimum.*

23 *Heres etiam post venditam ab eo hæreditatem poterit conueniri à creditoribus, & quid quando restituitur ex fideicommisso.*

24 *Emptor hæreditatis, & possessor bonorum an, & quando possit conueniri à creditoribus hæreditatis.*

25 *Pendente lite inter duos prætendentes in solidum hæreditatem, vnus eorum an possit contra debitores hæreditatis agere.*

26 *Heres, si lis cępta fuit cũ defuncto, an possit dilatiõe petere ad faciendũ inuentariũ, & an possit durante termino mensium trium a creditoribus conueniri.*

27 *Actor vel reus si pendente lite moriantur an, & quãdo in hæredes instantia trãsit, & quid in criminalibus.*

28 *Instantia perempta in criminalibus perit causa.*

29 *Instantia causæ ciuilis, & feudalis an transeat in successorem feudi, vel allodialium.*

30 *Terminus si pendet, & actor siue reus moriatur an debeat de nouo hæredi dari.*

31 *Hæredes si fuerint duo vnus adit alius repudiat est in electione adeuntis, aut totam dimittere, aut totam adire, secus si ex duobus hæredibus adeuntibus vnus restituitur, quia portio restituti non acrescit adeunti inuito.*

DE LEGITIMATIONE personæ hæredis in iudicio comparentis.

Cap. 12.

1 PErsona hęredis dupliciter considerari potest. Primo vbi hęres agit, & isto casũ probata morte, & successione dicitur legitimata eius persona. nã eo ipso, quod agit, vt hęres dicitẽ adire lege pro hęrede. & l. gerit ff. de acq. hęr. Polid. Ripa q. 4. n. 4. Alex. cons. 34. n. 5. lib. 3.

2 Secundo casu, vbi hęres conuenitur, & tunc, quia aditio hęreditatis est quid facti, & non pręsumitur, etiam in hęrede instituto, nisi probetur l. pro hęrede, & l. gerit vbi Bar. ff de acquir. vel amitt. hæreditate, etiã φ hęreditas, fuisset opulenta Vincent. de Frãch. dec. 60. Marta voto 20. num. 13. cũ sit res, quę depẽdet à mera voluntate, debet probari voluntas cer-

certa, & deliberata non suspensiua, & conditionata, vt dicit Crauett. conf. 312. nu. 4 & non sufficiet solus aīus adeundi, sed requiritur, quod aliquo modo declaretur, secundum cōem opinionem, vt testatur Io. Bapt. Asin. in l. scriptus hęres, §. ne quis putet de religiosis, & sumptibus funerum, & ideo aduertas quod hęreditas pręcipue adiri potest duobus modis verbo scilicet, & facto, verbo iudicabitur adita, si hęres declaret voluntatem suam se velle hęreditatem adire, quę declaratio, siue fiat iudicialiter, siue extra iudiciū, sufficit, & in hoc differt hæreditas a bonorum possessione, quę agnoscenda est in iudicio coram pretore iuxta textum in l. fi. C. qui admitti, & hr̄ditas sola volūtate, siue tacita, siue expressa poterit, adiri, facto dicit̄ hęreditas adita si probatur, quod quis pro hęrede se gerit, & is dicitur pro hęrede se gerere, qui ea facit, quę dominus facit vendendo, locando, colendo hæreditaria bona, ut in § pro hęrede insti. de hęredū qualitate, & differentia ibi pro hęrede autem gerere quis videtur si rebus hæreditarijs tāquam hæres vtatur, uel uendendo res hęreditarias, vel prędia colendo, locādo ue, & quoquomodo voluntatem suam declaret, vel re vel verbo de adeunda hęreditate. Verū quod si is cui delata est hęreditas aliqd pietatis causa fecerit, puta sepelliendo, aut sepelliri mandando defunctum, vel custodiendo, aut custodiri mandando res hęreditarias, vel bona hęreditaria vendendo, locando, aut colendo nō iure hęreditario, sed alio iure ī istis casibus non potest dici hęreditas adita, vt tenet text. in l pro hęrede, ff. de acquir. hęr. ibi ceterum si quid pietatis, si quid custodię causa fecit, si qd nō quasi hęres egit, sed quasi alio iure dn̄us apparet, non uideri pro hr̄de gessisse, & ī his casib. esset optimū ꝑestari.

3 Supradicta regula fallit in suo suus, namq; pręsumit̄ hęres, atq. in mistus in hæreditate, nisi ꝓbet se abstinuisse secundū cōem opinionem, vt testat̄. Alberic. in l. si vos, C. si minor ab hæreditate, abstinuerit, n. 3. & secundum hāc opinionem testatur fuisse bis decisum à magnis peritis.

Cōtrarium vero, quod potius filius non censeat̄ immiscuisse, nisi probetur, dixit cōem opinionē. Alex. in l. si cum dotem verf. in gl. ff. solu. matri. Dec. conf. 652. n. 11 Menoc. de præsump. lib. 4. præsu. 99. n. 5. Mascar. de probat. concl. 804. nu. 1. & 2. Card. Mantica de coniect. vlt. uolunt. lib. 12. tit. 10. n. 3. Tiraq. tract. le mors saisit p. 7 declarat. 2. hanc opinionē sequitur Thesaur. qō. forens. 51. lib. 2. n. 2. Intrigl. sing. 50. lib. 3.

Vnde DD. pro cōciliandis opinionibus in prædictis locis distinguunt, quod, aut agitur de cōmodo

do filij, aut de incōmodo vbi agiť de cōmodo filius præsumitur hæres, & in mistus secundū primam opinionem vbi vero agitur de in commodo non præsumitur in mistus, & ideo si cōueniatur non ꝓbata per actorem immistione, licet filius non excipiat se abstinere, absoluēdus est, abstinendi enī beneficium illi competit ipso iure secundū cōem de qua Imol. l. si cum dotem §. transgrediamur n. 26. ff. solu. matr. Polid. Ripa sing. obseru. 4. n. 6. & 7. Magonius dec. Lucæ 62. n. 12. & 13. † etiam ꝙ filius possideret bona aliqua hæreditaria Magonius ibi Mascard. & alij, quos Bardillon. consf. 97. n. 19 tom. 1. posset. n. bona illa ex alia causa possidere.

4

5

Ista aditio hæreditatis inducitur multis modis quos examinat Maranta in repetitione legis is potest, ff. de acq. hæred. à n. 43. In antea & nouissime Oliuer. Beltramini in decisionib. sacræ Rotæ Roman. coram Reuerēdiss. Patre Domino Alexādo Ludouisio deinde sanctissimo Domino nostro Gregorio XV. in verb. hæreditatis Aditio † & aditio inducitur tā ex verbis, quàm ex coniecturis late Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 11. 12. & 13. † & si uis scire ex quibus verbis, seu coniecturis censeatur repudiata vidde eundem Mantic. vbi supra lib. 12 tit. 14. Est verū ꝙ istud ius adeundi nō venit ī donatione oīum bonorum, nec potest creditor sibi illud adiudicare Vinc. de Franch. dec. 60. & dec. 101. Surd. dec. 140 & consf. 116. n. 29. consf. 300. n. 17 n. 17. nec potest confiscari Bardellon. cōs. 1. n. 26. Sed pone quod Titio fuit hæreditas Sempronij delata Titius autem ante aditionem mortuus sit? an hæres Titij possit hæreditatem sempronij per Titium non aditā adire, dic quod regulariter non potest, per tex. in l. vnica ꝟ. in nouissimo C. de caducis tollendis, l. ex militari §. fin. vbi Bar. ff. de militari testamento scribentes omnes in l. ventre ff. de acquir. hęr. ex quibus iuribus nascitur regula, quod hęreditas non adita non trāsmittiť, & ita quoq; bonorū possesio non agnita non transmittitur l. emancipata C. q admitti cuius regulæ ratio illa esse potest, qa ea tantū ad hæredes nostros transmittimus, quæ sunt in bonis nostris tempore mortis nostræ, vt l. nihil aliud ff. de verb. signific. sed hæreditas non adita non est in bonis nostris merito hæreditas non adita non transmittitur de cuius rationis veritate late Iason vbi alias reddit rationes in repetitione legis emancipata C. qui admitti supradicta regula limitatur tribus modis.

6

Primo rōne suitatis puta quādo moritur filius paterna hæreditate adhuc non adita, neq; repudiata, hæreditatē hanc filius trāsmitteret ad omnes hæredes ēt extra-

traneos, prout est tex. secundum communē intelligentiā in l. apud hostes C. de suis, & legitimis, & est ratio huius trāsmissionis, quia virtute suitatis censetur quodāmodo hæreditas adita suus enim efficitur hæres legis ministerio ēt ignorans l. in suis cum ibi traditis, ff. de liber. & posthum. §. sui instit. de hæredū qualitate, & differentia.

Secūdo limitatur rōne sanguinis ex beneficio l. vnicæ C. de his q̄ ante apertas tabulas, & est quādo moritur aliquis descendens hęreditate alicuius ex ascendentib. neq; adita, neq; repudiata hanc transmittit ad oēs alios descēdentes petentia sanguinis Doctores omnes in dicta l. vnica.

Hæc secunda transmissio se hēt cum prima tamq̄ excedentia ad excessa, nam prima excedit hāc secundā, quia per illam fit transsio ad oēs hæredes, sed per hanc secundam transmissionē fit transmissio tantum ad omnes alios descendentes d. l. vnica.

Hæc secunda excedit primam in alio, quia hæc locum habet in oī hæreditate ascendentium tàm materna, q̄ paterna illa vero prima locum habet in hæreditatib. tātum paternis, & est ratio, quia in suitate requiritur paterna potestas, & femine non habēt filios in potestate, §. ceteri instit. de hæredum qualitate, & differētia merito non habet locum transmissio iure suitatis in hæreditate materna.

Et notandum est in his transmissionibus, quod transmissio iure suitatis, vel sanguinis fit vsq; ad annos triginta, & ideo hæreditas non adita poterit iure sanguinis, vel suitatis adiri infra annos triginta, Iason in l. emancipata, n. 8. C. qui admitti.

Tertio limitatur ratione iuris deliberandi datur nāq; cuicumq; hæredi annus ad deliberandum num expediat adire, vel repudiare hæreditatem a die scientiæ, l. cum antiquioribus, C. de iure deliberandi si contingat infra dictū tempus anni hæredem mori ante aditionem hæreditatis transmittit hæreditatē hanc ad omnes hæredes infra residuum tātum illius anni infra qđ poterit adire, transacto anno non liceret ei amplius vt dicunt omnes cum dicta legē cum antiquioribus, & est aduertendum, quod ista transmissio est longe vtilior, quo ad quid, quam præcedens, nā ista non solum habet locum in hęreditate patris, ut prima, & in hęreditate cuiuscumque ascendētis, vt secunda immo generalissime ī successione cuiuscūque, extranei penitus tam ex testamento, quam ab intestato.

Ex tex. hoc resultat aliud, qa ad vt competāt duæ præcedētes debet probari, aut defunctum fuisse filium in potestate, aut fuisse ex descendentibus illius de cuius hę redi-

reditate agitur quod hic non est necesse, sed solũ quod ille decessit sciens infra annum deliberãdi in alijs autem duobus, duæ præcedentes sunt vtiliores primo, qa ille transmissiones fiunt perpetuo hæc infra annum tantum in residuo quod supererat defuncto de illo anno.

Item ad hoc, vt habeat locum ista tertia requiritur quod decedẽs expresse sciat hęreditatem sibi fuisse delatam ex testamento, vel ab intestato alias non posset deliberare si nesciret d.lege cũ antiquioribus, versiculo sciens, sed duæ præcedentes habent locum etiam si transmittens nesciret hæreditatem sibi delatam, vt probatur in d.l.1.C.de his qui ante apertas tabulas, & ad omnia prædicta vide Iason. in l.emancipata, C.q admitti. est verum quod effectualiter, etiam nescientibus hoc beneficium conceditur l. cum antiquioribus, vt tenet Emanuela Costa in l. Gallus, §. quid si tantum p.5.n.106.ff.de liberis, & postumis, Vasquius de success. progressu, §.7.lib.1. tit. de transmissione n.16. alias multas quæstiones, quę super iure transmissionis occurrere possunt docet elegantissime Vasquius ibi in sequẽtib. Gomesius variarum resolution.c. 9. And. Gail obseru.130.lib.2. Castigl. controuer.lib.3.c.13. Tepacius lib.2.fol.353.tit.de his, qui ante apertas tabulas, & aditam hæreditatẽ illã, vel illud ius trãsmittũt, vel non, & de emancipato quod non possit transmittere hæreditatem non agnitam Molfesius cons.5.n.16. & an habeat locum in filio naturali Cancerius lib.3.variar.resolut.c.21.n.8.& 9. & de transmissione ibi pulcherrima per totum caput, vbi an ius transmissionis potẽtius sit iure substitutionis vulgaris, uel iure acrescendi.

7 Occurrit circa hæredes difficultas vtrum vnus ex pluribus hęredib. agere possit insolidum contra debitores hæreditarios Speculator in tit.de act.seu pet.in prin. li.2. tenet quod regulariter vnus ex pluribus hęredibus nõ potest agere insolidum, & si hęres ex parte sit partem petere dẽt per tex.in l. 2. C. si pars hęreditatis petatur vbi iurisconsultus concludit qđ qui petunt hęreditatem non debẽt maiorem partẽ petere quam habituri essent ceteris adeuntib., nec eis ꝓderit si ceteri nõ adeunt tex.in l. si petitio ff.de iuditijs ibi vnus cohæres alterius cohæredis portionem, seu actionem non minuet, nec exercebit. Monticul.de inuentario c.1.nu.113. hanc opinionem tenuit etiã Specul.tit.de iud.n.3.lib.4.expressius Castrens. in l.2.si pars hęreditatis petatur. agens.n. tenetur in sua petitione declarare si est insolidum hæres, vel pro parte, etsi est pro parte hęres, quod declaretẽ hæres pro parte

te. Ofasc.dec.74.n.4. & secundũ prædicta testatur fuisse iudicatũ Thesa.dec.4. & est cons.Castrẽs. 455.n.2.vol.1.qui vult quod male agit quis in totum ad rem si habeat alios pares in gradu Maceratens.resolut.51. Caualc. dec.23. n.66.p.2.dec.39.n.45.eadẽ parte

Contrarium tenet Paul.de Castro in l.peto, §.fratre n.2. in fin. vers.in tex.ibi paratus ff. de legatis 2.& gl. ibi ĩ verb.superfit dicit quod vnus ex pluribus vnum, & eundem gradum obtinentib. potest totum petere fideicõmissum præstita cautione si à parte petatur id est ab agnato, & non à conuento, vt Castrens. ibi idem voluit Bald. in fine, dicens esse notandum, quod vnus admittitur ad solidi petitionem, & quàmuis loquatur quando alius speratur puta partus, tamẽ approbat Gl., quę loquitur quando alius est, vel esse speratur, & vtrumq; casum amplectitur, & hoc etiã dicit notandum Imol.ibi in fi.qui habet pro absoluto quando recipiendo totum caueret de dãdo alij partem suam, & poterit præstari ista cautio etiam in exequutione sentententię, Surd.cons.359.n.15

Et hęc secunda opinio vbi alij cohæredes non cõtradicerent secundum me videtur verior, & sequenda, quia dum non constat alios cohæredes adiuisse, aut velle adire, non potest dici exceptio ista resolutiua iuris agentis possent non adire, & tunc tota hæreditas deberetur adeunti, tex.in l. qui ex duabus, §.primo, ff.de acq. hæred.cum concordantibus.

8 Item si infra centum dies de iure prętorio in hęrede extraneo, & infra annum in hęrede suo bonorum possessio ab alijs non fuisset agnita bona omnia remanerent pro agnoscente, & vt ita loquar pro adeunte ne contingat quem decedere pro parte testatus, & ꝑ parte ex intestatus contra tex. in l.1.& l.cum hęres, & l.qui ex duobus, ff.de acq.hæred. †quod idem 9 succedere posset in hęreditate, nã si ab vno fuerit adita hæreditas, & alius steterit per trigĩta annos, & non adierit ius adeundi per scribitur tanto tp̃e, vt dicunt Ceuaglios in trac.cõis contra cõem q. 714. per tex. in l. licet C. de iure deliberandi. Paul. Emilius Gallus in tract.de exceptionibus titu.2. except.2.p.3.n.27.

Et tota hęreditas remanet apud adeuntes, vt videtur etiam sentire Thesaur. decis.4. in fine. & licet filius, qui est exclusus a petitione hæreditatis ex capite, vnde liberi post triginta annos potest admitti ad successionem infra spatium aliorum triginta annorum ex capite, vnde legitimi, per tex. in l. 1. §. sed videndum ff. de successorio edicto tenet Mantica de coniect. vltimar. voluntatum, lib. 12. tit. 14. n. 28. Et hoc intelligit dummodo non fuerit alius, qui

ad hæreditatem vellet admitti ex capite, vnde liberi, quia tunc ille præferendus esset illi, qui vellet admitti ex capite, vnde legitimi ita gl. in d. l. 1. §. sed videndum in uerbo succedat. Et similiter dicẽdum est de bonorum possessione, in qua habet locum successoriũ ędictum, † est autem ędictum successorium, quãdo in locum vnius repudiantis, vel tempore exclusi, alter succedit, quæ successio, fit triplici modo, vel de linea ad lineam, vel de capite ad capita, vel de linea ad lineam per capita, lineas intelligo, parallellas, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir, & vxor, ecce de linea ad lineam fit, quando de linea liberorum hæreditas deuoluitur ad lineam agnatorum, vel cognatorũ, de capite ad caput per eãdem lineam, quãdo a ꝑsona filij defert ad nepotes, & a nepotibus ad ꝓnepotes, & deinceps semper in eadem linea ad lineam ꝑ capita, vel per idem caput quando filius, cui delata fuit exclusus tpe à successione, vnde liberi tentat succedere, vnde agnati, & inde vnde cognati de linea ad lineã per idẽ caput ipsius filij ipse met sibi ipsi succedere dicitur ab Vlpian. in l. 1. ʃ. sed videndum de successorio edicto, & in §. largius, & exclusus a iure suo, vel per repudiationem vel per spatium tpis dierũ centũ, vel anni vtilis, vt l. 1. ff. de successorio edicto ex capite, vnde liberi succedere potest ex capite, vnde agnati, vel vnde cognati non tamen in pręiudicium agnoscẽtis, & sic si est hrditas remanet apud adeuntes lapso tpe 30. annor. qa is, qui est exclusus ex capite, vnde liberi, & velit succedere ex capite, vnde agnati nõ põt si adest is, qui successit ex capite, vnde liberi ꝑ prædicta, & ita in successorio edicto, nã qui succefsit per caput, vnde liberi excludit volẽtem succedere per caput, vnde agnati ꝑ prædicta.

Præterea vbi hęredes essent cõiuncti re, aut re, & verbis dicunt insolidum habere actionem, & vnus totã rem petere potest, licet per concursum faciant inde sibi partes Matth. Gribald. super reg. iuris accrescendi reg. 12. vbi dicit quoties plures ad idem simpliciter vocantur semper insolidum cẽseri vocatos, & partes facere ꝑ concursum allegat tex. quẽ dicit meliorem de iure in l. si finita, §. cum aũt plures ff. de dam. infect. bene Iac. Cancer. lib. 3. variar. resolut. c. 22. n. 207.

Ad tex. in l. 2. C. si pars hæreditatis petat respondert potest cum eodem Matth. Gribaldo, & Cancer. in dictis locis, quod loquit in coniunctis verbis tantum, aut in hæredibus venientibus ab intestato.

Item procedit ille tex. alijs cohæredibus contradicentibus, secus si tollerarent, nam tunc sufficit

cit præstare cautionem de soluendo portionem cohæredi quando adierit, aut quando portionẽ suã petierit. Costa in tract. de portione rathe q. 23. n. 8.

Et ex his concludiẽ quod in p̃senti quæstione resolutio est cum distinctione scilicet, aut sumus in hærede cum alio coniũcto re, aut re, & verbis, seu res quæ deberẽ hæredibus esset indiuidua, vt seruitus, & similia, & tunc vnus hæres posset etiã solidum petere nulla præstita cautione ex prædictis, & alijs allegatis ẽt per Mastrill. dec. 199. & Castill. dec. 101. si vero essemus ĩ hęrede cum alio con iuncto verbis tantum, seu in succedentibus ab intestato, & tunc alijs non contradicẽtibus præstito de soluendo portionem cohæredi quando adierit, aut quando petierit debet audiri, & vnus totum petere potest non obstante quod constiterit hæreditatem ad eum cum alijs fuisse delatam per prædicta.

11

Et hæc quando hæres vult agere videamus modò quõ p̃cedendum vbi sunt plures hæredes an possit vnus insolidum conueniri p̃ toto credito, & dicendũ est regulariter qđ hæres p̃ ea parte conueniri põt p̃ qua est hęres etiã qđ defunctus insolidum esset obligatus. tex. in l. ĩ executione vbi cõiter DD. ff. de uerb. oblig. l. 2. C. de hæreditarijs actionib. adeò q̃ ipso iure obligatio, & actio inter hęredes diuiditur. Gomes. de diuiduis, & indiuid. c. 10. n. 3. Gratia. lib. 1. discept. c. 16. nu. 7. Costa in tract. de port. ratæ q. 23.

Ampliatur dicta conclusio ẽt qđ defunctus teneretur, & esset obligatus ex instrumẽto quod haberet paratam executionẽ. Gratian. in reg. Cancellarie 355. n. 21 Ceual. qui plures allegat in tract. com. contra com. q. 76. nu. 11. & de nostratibus Octau. Corsett. vir sũmę doctrinæ, & tpibus suis nulli secũdus cons. 12. n. 2. vbi loquitur etiam stante Ritu nostro.

Ampliatur secundo etiã si conueniret pro causa dotis per allegata a Surd. dec. 90. p̃ totã, sed quo ad hoc contrarium tenet Gratia. c. 16. n. 15. & Cornazan. decis. 35. nu. 5. & 6.

Ampliatur tertio etiam si ageretur actione hypotecaria pro legatis. p̃ tex. in l. 1. in fi. C. communia de legatis Fanus de pignorib. 1. memb. 8. p. n 21. Costa de portion. rat. q. 105. n. 1. Cabellin. milleloq. c. 391. & c. 397.

Ista regula fallit 1. quoties vnus ex pluribus hæredibus rem possidet ad cuius traditionem defunctus tenebatur; hic. n. tam & si pro parte hęres sit, nihilominus ad traditionẽ insolidũ tenetur, etenim obligatio rẽ tradi cum indiuidua sit obligatione, & solutione, ad quemlibet hęredem insolidũ transit ad instar certarum obligationũ in facto consistentium, ita tra-

dit Bart.in l.4. ʃ. Cato in 2. opposit.n.1.ff.de verb.oblig. cui ibi astipulantur Ang.n.11. Raphael Cum.n.9.&10.& Imol.n.38.Salyc.in d.l.pro hæreditarijs,n.12. idem Bar.ĩ l. stipulationes non diuiduntur in 8.contrario nu.9. ff. eodem ibiq; Ang. col. pen. nu.4. vers. ſeqtur in litera Raph. Cum. num.25. Paul. de Castr. num.4. Imol.n.9.Socy.conſ.253.in causa domini in 4 dub.nu.10.vol.2. quem refert, & ſequitur Cagnol. ĩ l.2.q.14.C.de pactis inter emp. & vend.& Tiraq.de retract. conuention. ʃ.1.gl.6. num.44. & est communis.

Secundo fallit quoties actione ꝑſonali bonę fidei agitur contra hæredem insolidum possidentem rem, cuius restitutioni obnoxius erat defunctus,tunc ꝗppe insolidum actio dabitur aduersus hæredẽ,ut eã restituat, vt uoluerunt, Cyn. in d. l. pro hæreditarijs col. 2.in prin.vers.nono fallit Bart. in d.§.Cato in 3.oppoſ. n.3. & ante eum Rayner.de Forli eius Pręceptor post principium ver. dicit tamen Iac. de Rauen. cum quibus alij ꝓpbe oẽs transeunt, & est cõmunis teste Socy.loco cit.n.9.& Ripa in d. ʃ.Cato n.24.

Tertio fallit quando vnus hr̃dum totius rei restituendæ facultatem hẽt,q̃a eã ſolus possidet cõtra quem ad illius restõnem actũ est actione ꝑſonali stricti iuris ꝓ qua ẽt in rem actio dari põt,ut est exemplũ in l.si plures secundũ intellectũ Bart.ff.de vi & vi arm. & tunc hæres penes quẽ integra res reperitur insolidũ conuenietr̃ Dy. in l.qui fundum, ʃ.si tu ex parte ff.ad l.Falc. Bar.in d.l.si plures, & in d.§. Cato in 3. oppoſ. eũq; sectantur Ang. n.12.Alex.n.16.cũ plurib.seqq.Iason n.22.Ruy.col. 12.vers.secunda est cõclusio n.41 & alij. Bal.in d.l.ꝓ hr̃ditarijs col. 3.vers.16.quãdo actio n.6.vbi ẽt Salyc.n.4.& Ang. n.2. ante finẽ, Imol.in d.§.si tu ex parte n.2.Stepha.Bertr.conſ.183.pro confirm. in princ.vol.4.quem Mendoſe citat,& ſequitr̃ Tiraq.loco sup.cit. n.43. quam fore receptam testis est Ripa in d. ʃ.Cato n.27.& hoc cõtingit cauſa vnionis quã actio personalis cum actione in rem habet,ut traditur per scribentes locis prææallegatis.

Quarto fallit in actione hypotecaria, in qua ſicuti oĩa bona equaliter & insolidum ſunt obligata,ita equaliter, & insolidum oẽs eius hr̃des possidentes bona tenẽtur actione hypotecaria, Rodori. Suarez l.post rem.de re iudicata, Sessa dec.Aragoniæ 46.n.16.Surdus conſ.7.n.19.Corsett.conſ.12 n.9. & ideo cenſus,quia ſucceſſit loco actionis hypotecarie pro eo põt fieri exequutio contra vnum hæredem,ut tenẽt Felician.& alij quos allegat,& sequitur Gratian. c.16.n.16.

Quinto fallit in cauſis alimentorum

torum, ĩ quibus Iudex compellet ex officio hęredes ad inuicem cõ ueniẽdum, vt vnus eorum subeat totum onus alendi, & quod actio pro alimentis sit indiuidua, tenet Surd. de alimentis tit. 9. q. 14. n. 6 Gratia. discep. 16. n. 27. & 28. Sed quid si vnus ex pluribus hr̃dibus ret non soluendo an alius possit conueniri pro rata tangente ei, q non est soluendo, Monticula de inuentario c. 6. n. 45. tenet non te neri, qa non est consentaneũ qđ alij in nomine eius teneãtur allegat cons. Ang. 230. deinde refert ꝙ Hostiens. in c. sua de vsuris quẽ sequitur Anchar. in c. peccatum de reg. iuris in 6. & Alciat. in l. 2. §. & harum n. 33. ff. de verb. oblig. tenent hæredem vnum teneri pro altero in bonis hæreditarijs vbi agitur de exonerãda conscien tia defuncti, secus in alijs casibus, & ꝙ ista opinio verior sit de iure canonico.

12 Dubitari etiã contingit vbi minori fuisset delata hr̃ditas, quo iu re dicetur legitime adita, & pro resolutione distinguendũ est, aut minor habet patrem, aut nõ, si habet patrem, & similiter sub distinguendum est, aut est infans, aut maior infans, si est infans, & pater poterit nomine infantis hr̃ditatem adire, vt colligitur, ex text. in l. si infanti, C. de iure deliberandi, qđ intellige vbi pupillus nõ hr̃et auum paternum, quia si hr̃et auum, & patrem auus paternus adire deberet, & non pater si ipse hr̃et liberos in potestate ita Bald. ĩ d. l. si infanti, & est ipse legitimus administrator. Laderch. cons. 75. n. 4. si pupillus est maior infante, & dẽt ipse adire cum auctoritate aui, vel patris vbi auus deficit, vel nõ hr̃et in potestate, & hæc in pa tre ꝓcedunt ẽt si filius infans fuisset emancipatus, vel pater in alijs rebus nõ habuisset administrationẽ, Bar. d. l. si infanti, n. 8. 9. Paulus n. 6. Ias. n. 8. Corneus col. 4. in prin. si vero pupillus non haberet patrem, vel auum paternum dandus esset ei tutor, & si pupillus est infans solus tutor poterit adire ꝓ pupillo ubi fuerit maior infante, nec tutor solus, nec pupillus solus potuissent adire, sed pupillus cum authoritate tutoris, ut notat text. in l. potuit C. de iure deliberandi.

Sed quid si patrem haberet, & pater nollet aditioni consentire. Bald. in l. 1. C. qui admitti n. 14. tenet ꝙ dispositio tex. in l. etiã, non solum, in prin. (de bonis, q̃ liberis disponens, ꝙ filius patre inuito possit adire, ꝓcedit in maiore tm̃, secus in minore per l. si infanti, in fi. C. de iure deliberãdi, q̃ nihil obest, qa tpe illius legis filius familias, ẽt si esset maior non poterat adire sine iubsu patris, l. qui ĩ aliena, in princ. ff. de acqu. hæred. sed postea per Iustinian. in l. cũ oportet, C. de bonis, quę liberis, statutum fuit filio acquiri proprietatem,

tem, sed, & vsumfructũ, eo casu, quo inuito patre adijsset, & l.fin. eodem tit. ẽt si filius minor esset, vt in d.§.fin authẽ l.fi.C.de bonis, quę liberis; tene ergo contra Bal. quod d.l.procedit, ẽt in filio fami lias minore, cui si pupillus fuerit dari dẽt tutor, cuius authoritate posset, ẽt inuito patre adire late Ferdin. Vasqu. de succes. progres. ∬.8.nu.18. si vero esset adultus posset cũ authoritate curatoris, vt diximus aliàs, & est Decisio Pedamont. per Osasc. dec.89. nu.4. vbi, quod debet dari curator; siue tutor ad illũ actum tm̃, videlicet, ad adeundum. Notat ẽt Tusc con

13 cl.1103.n.12.ver.curator. Sed pone ꝙ pupillus fuisset infans, & nõ hr̃et tutorem, an possit mater, & quælibet alia persona pupillo infanti coniuncta bonorum possessionẽ agnoscere pro infante, dic ꝙ sic, vt legitur per Robert. Marant. in singulari suo ver. bonorũ possessio, & ꝙ mater possit pro infante capere possessionẽ, Berous q.61.lib.1. Soccy. cons.153.lib.2. Gabriel cons.36.n.14.& 16.li.1. Honded cons.23.n.38.lib.2. Et ꝙ quælibet coniuncta psona possit pro infante capere possessionẽ Laurent. de pinu cons. 35. nu.8. secus pro maiore, Gabriel cons. 52.lib.1.cons.25.& 31.lib 2. Roland. cons.19. Osasc. cons.67. Surdus cons.160. Turrett. cons.20.

14 Solet, ẽt opponi contra hr̃dem quod non audiatur, quia tenetur approbare factum defuncti, & q̃d non põt reuocare, ẽt res proprias alienatas a defuncto, p tex. in l.cũ a matre, C. de reiuendicatione; hinc si aliquis alienasset feudum, vel rem subiectam fideicõmisso, & inde relinqueret feudi successorẽ, vel fideicõmissoriũ hæredẽ, ẽt quod isti faciant inuẽtarium, non possent alienationem infringere, nisi pretium pro cõcurrenti quantitate cũ rebus hæreditarijs offerant, & petendo simpliciter res eorum, non offerendo succumberent, Cumia de feudis, in ver. antiquis n.416. cũ seqq. ante eum Blasc. Lancea in repet. cap. volentes vbi examinauit quæst. ad partes hæres. n. pro ea parte p qua est hæres tenetur defuncti actum approbare Loffred. cons. 1. n.168. quæ refert Vrsill. dec.393 n.11. ẽt quod fecerit inuentariũ Vinc. de Franch. dec.133. n.17. Pereg. art.32.n.75.& art.33. nu. 13. Honded. cons.3.nu.53.lib.1. Grassus, §.hæreditas q.12. nu.20. Intrigl. dec.28.n.8. quæ conclusio procedit, ẽt in hærede hęredis, contra Paul. de Cast. vt dicũt præcitati Doctores, & in hærede nulla est dubitatio, vt etiã fundauit Præses de Frãch. dec.83. Frãc. a Ponte cons.81.n.52. 53. & q̃d hæredes venientes, etiã ex ppria persona non possint factum defuncti inpugnare. Franc. a Font. cons.33. & Vinc. de Franc. decis. 525.n.7. ea rõne, qa hæres adeundo

do hæreditatem defuncti ex testa stamẽto, vel ab intestato, dr̃ quasi contrahere, & contrahit verã obligationem, non solum de obseruando illa, quę in testamento defuncti continentur, sed, etiã quæ in aliqua scriptura continentur, qua defunctus ligabatur, vt fundauit Affl. dec. 285. Andr. in c. Imperialem, n. 16. de prohibita feudi alienatione p Federicum Frãc. a Ponte loco cit. n. 3. Molfes. sup consue. Neapolis tit. de renunciatione q. 4. n. 17. & maximè quando defunctus promisit pro se, & hæredibus, Decian. respons. 121. nu. 34. vol. 3.

Limita regulã prædictã in tribus casibus notatis. per Aymon. Crauett. cons. 200. incipit auus habens neptes, quas limitationes refert, & sequitur Thom. Gramatic. dec. 93. vbi, etiã adiũgit duas alias limitationes, & sub n. 3. dicit q prædicta conclusio non procedit, ubi hæres fecisset inuentarium, & tamen contrarium tenuerunt p̃citati Doctores, & Tiraq. in consue. pictor. in tit. de retrac. Lignag. §. 1. gl. 9. n. 47. cum seqq. vbi plenissimè examinat materiã istius tex. tenuit, etiã Raffael Fulgos. cons. 67. vbi consuluit, q hæres, etiã quod inuentariũ cõfecerit nõ põt reuocare rem subiectã restitutioni, quã defunctus alienauit, & Roman. cons. 18. & ideo sunt conciliãdi, vt dicit Præses D. Modestus Gambacurta in repet. d. l. cum à matre, q scilicet decis. Grãmatici intelligitur quãdo hęres non hr̃et tantumdem, secus si hr̃et de bonis hr̃ditarijs, quia pro rata bonorum quæ habet nõ posset factum defuncti infringere; in qua exceptione debet haberi etiã fructuũ perceptorum rõ ex rebus hæreditarijs Milan. dec. 1. n. 178 lib. 1. Phanut. tract. de inuentario p. 3. n. 35. & 36. vbi declarat procedere in accessionibus intrisicis puta loheris domorũ, non autem in extrinsecis industria hęredis p̃ceptis Sebastin. Mõticula in trac. de inuent. n. 17. Rol. in trac. eiusdẽ ʃ. an sit hæreditas n. 1. p. 2. vbi subicit sufficere tales fructus scribere in libro rõnũ vitalis de clausulis in verbo nil noui inuentarij confectione pẽdẽte, & de ista exceptione tu tantumdem habes ex bonis hr̃ditarijs scribit Intrigl. sing. 71. lib. 3.

Limita insuper dispositionem dicti textus, vt non habeat locum in retractu, ita tenet Tiraq. de retract. Lignag. ʃ. 1. gl 9. n. 47.

Clarum est quod tex. in d. l. cũ à matre loquitur in hærede actore, quid iuris? si hæres fuisset conuentus v. g. defunctus subiugasset bona fideicommisso subiecta, vel feuda, quæ nunc possidetur p hæredẽ ex fideicommisso, vel ex priuilegio ex pacto, & prouidẽtia Principis. Vtrum subiugatarius possit contra hæredem agere, cũ suo contractu? & videbatur dicẽdum

dũ quod non, nã contractus morte subiugãtis fuit resolutus, p tex. in l. fi. §. sed quia C. communia de legatis, & sic agendo ex cõtractu defuncti agere videbatur ex contractu resoluto, & sine actione.

Contrarium tamẽ verius est, vbi hæres hẽt tantũdem, vel conuenitur habito respectu ad bona, quæ de hæreditate ipse possidet, nã tunc non posset hæres venire contra factũ defuncti, quia eius personã repræsentat Fulgos. cõs. 67. & licet text. in l cum à matre loquatur tm̃ in actore, vt etiã notat Alex cons. 18. lib. 5. tamen rõ tex. est generalis, & attendi dẽt in reo sicut ĩ actore maxime vbi defunctus pmisit per se, & hęredes. ad tex. in l. fi. §. sed quia C. cõm. de legatis, vbi colligitur contractus resolutionem intelligi hęrede declarante, & volente contractus resoluitur.

Sed in casu isto non posset hæres declarare, nec excipere de resolutione, ne veniat contra factũ defuncti pro ea parte pro qua est hæres, vbi hẽt tantumdẽ, vbi vero non hñet clarum est quod confecto inuentario, sicut posset agere etiam contra factum defuncti, ita posset excipere, ut notanr cõiter oẽs in c. 1. Anagnati, & hæres proportione hæreditaria repræsentat defunctum pro residuo reputatur, vt extraneus Ioan. Bapt. Costa de portione ratæ q. 45. n. 6

Limita etiam tex. istum, vt pro cedat in iure creato in personam defuncti, & in eo repræsentat psonam defuncti, sed in iure creando, vel creato post mortem ipsius, hæres defunctũ non repręsentat. Aret. cons. 123. in causa, quæ vertitur col. 1. in fi. Decian. respõso 121. n. 31. vol. 3.

Item limita in facto erroneo qđ hæres non prohibetur impugnare. Decia. resp. 10. n. 95. lib. 3.

Item limita proportione pro qua nõ est hæres, quia reputatur extraneus, & potest impugnare, Surd. dec. 224. n. 22.

Item limita quãdo factum defuncti esset inualidum Isern. in c. Imperialem n. 6. ver. dictio de prohibita feudi alienat per Federicũ & in c. 1. §. alienare, n. 1. qualiter olim feudũ alienari poterat. Soc. senior cons. 79. nu. 47. lib. 4. quos sequiť Gramat. d. dec. 93. n. 8. & Menoc. cons. 89. nu. 6. Caualc. de vsufruct. n. 131. Pedam. dec. 189. Monticula de inuentario q. 9. nu. 94. plures alios adducit Intrigl. sing. 71. n. 10. lib 3.

Multas alias ampliationes, & limitationes, notat Tusch. concl. 53. ver. Hęres quem quando casus occurrit potestis faciliter videre.

15 SCimus quod tẽpus perficiẽdi inuentarium est triũ mẽsium. tex. & DD. in l. fi. C. de iure deliberandi. videamus an tẽpus currat à die scientię delatæ hr̃ditatis, vel tantum à die adictionis hr̃ditatis

quic-

quicquid dicant multi allegati à Monticol. in trac. de inuentar. magis cõm. & receptior opinio est, vt currat à die aditæ hęreditatis Gl. Bar. Alex. & Iaf. in l. fi. §. fin autem dubium, in ver. delatam, C. de iure deliberãdi, & in l. si ĩ diem ff. de cond. & demon. Roma. cõs. 84. Dec. cons. 633. n. 5. Socy. cõl. cons. 19. nu. 20. vol. 3. Crauett. in responso pro genero n. 479. Ant. Faber in suo Cod. lib. 6. tit. 11. de iure deliberandi diffin. 9. & 20. & & de errore pragmaticarum decate 2. errore 6. decisio Senatus Dolani 143. ratio est, quia prius est, vt quis sit hæres quam, vt inuentarium conficiat, nec indiget inuentario, qui non est hæres d. l. fi. §. simili modo nec dici põt hæres quin prius delatam sibi hæreditatem, adiuerit, l. 1. §. quia aũt ff. quorum legatorum.

Limitatur hæc opinio, vt non procedat si dolo malo hæres aditionem differat, & ꝓtrahat ad id vsq; tempus, quo inuentariũ amplius ex bona fide confici nõ possit, vtputa bonis iam ex parte dilapidatis, vel recelatis, tunc in odium dolosè dilationis locus est eorum opinioni, qui volũt, quod semper currat à die delatæ hr̄dita tis, ita Bar. Bal. Ang. & Paul. in d. l. fi. §. fin autem dubiũ Rol. à Vall. cons. 73. nu. 33. & 34. vol. 2. Ant. Faber & decisio Senatus Dolani, vbi supra.

16 Istud tempus perficiendi inuentarium currit, tàm aduersus maiores, quàm minores, verum quod minores restitui possunt in integrum si adiuerint hęreditatẽ, nec fecerint inuentariũ infra tres menses, vt tradit Sforza Oddo de restitut. in integr. q. 89. art. 7. vbi multos allegat, & dat ampliatio-

17 nes, & limitationes † possunt etiã restitui, quandoq; maiores ad cõficiendum inuentarium, non obstante lapsu trium mensium, vt tenet idem Sforza Oddo ibi n. 52. sed hoc ex magna causa exemplificat ibi Doctor, vbi maior post aditam hæreditatem reperiret casu, quod adsit magnum ęs alienũ, quod ignorabatur, tunc ex capite iustæ ignorantiæ succurritur etiã maiori, vt est tex. singularis in §. extraneis institution. de hęredum qualitate, & differentia, & hæc sunt notabilia in practica, quia causidici, vt plurimum errant, & faciunt cedulam restitutionis in integ. indistintè cum non possint facere, nisi in casibus á iure permissis.

18 Esto igitur cautus si fueris hęres, vt non adeas sine beneficio inuentarij, alioquin teneberis creditoribus, & legatarijs de ꝓprio, & vltra vires hæreditarias, prout de creditoribus loquitur tex. in l. fi. §. cum igitur C. de iure deliberandi, vbi DD. omnes, & delegatarijs, est tex. in auth. de hæredib. & Falcidia, §. si verò non fecerit, & est magis com. opinio, vt tenẽt

O in

in numeri DD.quos allegat,& sequitur Rolan in tract. de inuentario p.5.c.1. Incipit hæres non conficiés, testatur etiam Crassus de inuentario q. 22. quod ista est magis comm. opinio tenent, etiã DD.quos allegat, & sequitur Mariscott.cap.72.n.5.lib. 2. var.resol. Monticol. de inuentario c.1. n.74.de com.etiam testatur Ang. de Perusio in tract de inuentario, sequitur Paul. Emilius Gallus in tract.de exceptionib.except.5.p. 3.n.60.Surd.cõs.459.n.16.Honded.conf.34.lib.1.Ioseph Castil. lib.3. controuers.iur.c.5.n.17.& & 27. quinimò si fuerint plures hæredes,& non fecerint inuentariũ, vnusquisq; eorum præsumitur res hæreditarias subtraxisse in perniciem creditorum,& legatariorum, & ideo tenentur vltra uires etiam pro alijs cohæredibus Sebast.Monticula tract.de inuentario c. 6. nu. 45. & si hæres non confecit inuentarium, an fideicommissarius possit petere iuramentum in litem, Gratian.c.215 n.26. cũ seqq.

19 † est verum, quod vbi proceditur de bono, & æquo apud magnos uiros si constaret de bonis peruentis ad hæredem, & hæres non esset in dolo non deberet molestari vltra uires. Surd. & alij quos allegat, & sequitur Gratia.c.34. n.20. sicut non posset molestari pro legato alimentorum, vel ad pias causas, vt notant Vinc.de Franch.dec.536 Gratia.c.34. suarum discept lib. 1.& Mangilius in tract de imputationibus in quartam q.132.nu. 27.alias sex fallentias, in quibus hæres non tenetur vltra uires hæreditarias,etiam si non fecerit inuentarium, ponit Monticula in tract.de inuentario c.10. num.2. cum seqq.fol.76.

20 Inuentarium debet continere omnia bona etiam nomina debitorum descripta, Dec.conf.633. n.10. Aret.conf.147.Rot. diuersorum dec.72.p.1.Gratia.c.532 num.14.&.15.

21 † vnde decipiuntur hæredes, qui faciunt inuentarium,& ponunt iura,& actiones, vel describunt aliqua bona, & deinde relinquunt spatium, nàm hæres,qui scienter non describit bona inuentario perdit beneficium inuentarij, Rolan. de inuentario p.3.§.omittendum n.4.Honded. conf.34.n.13.lib.1.Gratia.c.532 n.10.nec iuuat protestatio de opponẽdo,quæ ammissa fuere, quia stante scientia bonorum in hæreditate repertorum protestatio nõ releuat, nàm operatur solum data ignorantia. Bar.in l.1.§. item n. 4.de officio præfecti Vrbis Corneus conf.246.lib.1.Gratus cõs. 25.n.4 lib.2.Guid.Pap.conf.43 n.6.Hond.conf.34.n.41.& conf. 35.n.19. Gratian.c.532.n.12.& qnod perdat beneficium inuentarij,tenet Senatus Dolani dec.143 magis cõ.dicit Ceuall.in trac.cõ. contra cõ.q.731.Surd.dec.222.

Est

22 Est verum quod inuentarium semper præsumitur legitimũ, vbi factum cum sollemnitatibus, & dolus non præsumitur esto quod res aliqua reperiretur ommissa, nam potius error quam dolus prę sumitur Farinac. dec. 199. lib. 2. Rot. Roma. per Sanctiss. Gregorium XV. dec. 169.

Diximus quod hæres repręsentat defunctum, & ideó actiones transeunt actiuè & passiuè à defuncto in hæredem, vt l. vnica, vt actiones, & ab hęred. & contra hę
23 redes incipiant, † & ista procedũt etiam vbi hæres venderet à se aditam hæreditatem, quia tenetur creditoribus hęreditarijs satisfacere, l. 2. C. de hæreditate vendita l. cum res C. de donationibus nõ enim est in potestate hæredis per venditionem hæreditatis transferre in alium actiones passiuas, quæ ossibus eius inhęrent, l. si mulier §. ex asse de iure dotium, l. 3. ff. pro socio quasi non cogantur creditores mutare personam hæredis debitoris, etiam si voluerit dare magis locupletem pro eo, l. si mandato meo ad finem principij, ff. mandati quicquid aliud sit quando restitueretur hæreditas ex fideicommisso, quæ transfertur in fideicommissarium vniuersalem, qui est hæres, ex dispositione testatoris, l. si filius familias, §. 1. ff. q̃d cum eo Curt. iun. in l. 2. n. 5. & 9. C. de pactis, neq; creditori hæreditario actio vlla potest competere cõtra emptorem hæreditatis q̃uis pactũ interuenisset ĩ emptione, vt emptor satisfaciat dictis creditoribus, l. 2. C. de hær. vel actione vendita etenim nulla actio acquirit tertio qñ aliquid onus intrinsecũ cõtinet Bal. in l. cũ res ad medium C. de donationib. l. Quoties C. de donatio. quæ sub modo l. si genero C. de iure dotiũ, sed Gratia. c. 204. nu. 40. subdit ex equitate, & benignitate Canonica in subsidium creditori conceditur vtilis actio ex stipulatione debitoris etiam sine cessione, & Menoc. consl. 416. nu. 21. tenet quod cessionarius hæredis loco hæredis succedit, & tenetur, vt tenebatur hęres cedens, sicut etiam nos dicimus emptorẽ teneri quãdo hæres post venditionem hæreditatis factus est non soluendo gl. d. l. 2. ver. tu respondeas.

Vidistis vbi hæres agit quomodo legitimanda sit eius persona, & vbi hæres conuenitur, ac de alijs oppositionib⁹, quæ fieri possunt aduersus personam hæredis.

24 Videamus modò † an pendente lite inter duos prętendentes in solidum hæreditatẽ vnus eorum possit contra debitores hæreditarios agere, & dicendum quod non nisi actio esset tempore peritura, per tex. in l. bonæfidei, ff. de petitione hæreditatis quem pulcherrime examinat Vincent. de Frãc. dec. 596. vbi multos allegat

25 Et si lis fuit incepta cum defun

cto an possit hæres opponere terminum à lege concessum ad faciendum inuentariũ Io. Bap. Thorus ver. hæres in compendio dec. Neapol., nam pẽdentibus tribus mensibus non posset etiam hæres exequutiuè conueniri. Rebuff. Cepoll. & Boer. quos Doctor de podio c. Ritus 103. nisi pro legatis ad pias causas. Intrigl. singul. 121. vel pro alimentis, idem Intrigl. sing. 131. lib. 2.

27 Insuper si lis fuit cepta cum defuncto, & pendente causa defunctus mortuus fuisset an possit lis prosequi cum eadẽ instantia contra hęredem, vel ad instantiã hæredis, & distinguẽdum est, aut summus in causa criminali, aut in causa ciuili si summus in causa criminali, & dic quod mortuo accusatore pereunt omnia acta ẽt probatoria, & hęres licet possit de nouo accusare non tamen potest vti probationibus, & actis à defuncto factis, ita Hippolyt. de Marsil. de quæstionibus, §. vlt. n. 28 fol. mi-

28 hi 142. & si instantia esset perẽpta hæres non posset etiam a capite accusare, quia perempta instãtia in criminalibus perit causa, Cumia super Ritu c. 70. n. 7. Si summus in causa ciuili, & dicendum quod instantia cępta cum defuncto transit in hæredem non tamẽ ipso iure, vt notant Paul. de Cast. & Alex. in l. paulus la 2. ff. quę sententia sine appell. rescind. & l. in summa, §. fi. ff. de re iudicata. sed necesse est ad hoc, vt instãtia trãsferatur in hæredem, quod citetur hæres, per tex. in l. edictum, ff. de iudicijs, & l. oratione, ff. de seruit. & in Regno Neapolis seruatur de stilu quod citãtur hæredes ad videndam translationem iudicij in eos faciendam, qua citatione facta iudex postmodum interponit decretum, quod iudicium in ipsos hæredes transferatur, deinde cum ipsis ad vlteriora proceditur vsq; ad sententiam diffinitiuam, de qua practica testatur. Carauit. super Ritu Regni Neap. 234. nu. 6. fol. mihi 133. Sed in Regno nostro mortuo vno ex litigãtibus pendente lite solet fieri cedula transfusionis iudicij, & mittitur hęredi, qua cedula hærede citato recepta iudicium recte procedit cum hærede formam cuius cedulæ, ponit Cumia in sua praxi Ritus M. R. C. Regni Siciliæ sub titulo de modo procedendi per viã cædulæ, & de ista practica faciendi cędulam loquitur Muta super cons. Pan. c. 71. n. 11. & super Ritu c. 103. n. 14.

Sed quid si iudicium esset ceptum, & conclusum cum layco an transeat in hęredẽ clericũ, Surd. cons. 222. Ceuall. in tract. cõmunis contra communẽ, c. 36. Gratia. discept. lib. 1. c. 16. Grassus de effectib. clericatus effect. 1. n. 181. Mastrill. decisio. 79. & decis. 131. Castigl. dec. 200

Et circa præmissa dubium cadit,

dit,quid in feudo ex pacto,& pro uidentia, vel in maioratu pone, quod Titius agit pro recuperando feudo ex pacto, & prouidētia Principis, vel pro recuperāda re maioratui subiecta, vel fideicommisso, & instructo ꝓcessu Titius moriatur relicto Sempronio hærede in allodialibus, & Martino successore in feudalibus instantia iudicij in quem transit? in Sēpronium hæredem allodialium, vel in Martinum successorem feudalium, maioratus, aut rei fideicom misso subiectæ. Bald. decidit punctum hunc cons. 217. incipit ego puto, vol. 3. scilicet, quod in instātia succedit Sempronius hæres al lodialium, & non Martinus successor in feudalibus ratio est, quia aliud est feudum, & alia instantia super feudo, quæ est allodialis, Bald. sequitur Freccia de sub feudis, lib. 2. limit. 18. n. 48. fol. 100. est verum quod successor in feudalibus, seu maioratu, seu re fidei commisso subiecta poterit habita concordia cum hærede, vel solutis expensis litis causam prosequi ex allegatis ab eodem Freccia ibi num. 53.

30 Pone insuper quod dato termino parti interim actor, uel reus mortuus sit an dari debeat de nouo hæredi terminus, ex quo eo pendente mors interuenit, vide Castrens. in l. in summa, §. fi. ff. de re iudicata, in fi.

31 Cognoui etiā notatu dignum, si duo sunt hæredes vnus adit pro portione sua, alius se abstinet, si filius, vel repudiat, si extraneus, an portio non adeuntis acrescat adeunti inuito? dic, quod est in electione adeuntis, aut totā agnoscere, aut totā dimittere, non obstante aditione, & hæc est nobilis limitatio, ad tex. ī §. extraneis instit. de hæredum qualitate, & differentia vbi disponitur quod semel hęres non potest desinere hęreditatem ita disponitur ex text. in l. cum hæreditate patris, ff. de acqu. hæred. at si vnus ex duobus hæredibus adeuntibus restituere tur in integrum puta, quia minor aut mulier, tunc cohæres non cogitur portiones restituti adire po terit si voluerit portione sua retēta aliā repudiare, ita tex. in l. si minor annis 61. ff. de acqu. hæred.

SVMMARIVM Cap. 13.

1 *Adiectus solutioni regulariter non potest agere.*
2 *Leges loquentes de adiecto remanserunt in correcte.*
3 *Adiectus quis dicitur.*
4 *De adiecto, qui scribunt.*
5 *Obligatio quandoque sit disiunctiuè, & quandoque copulatiuè, & quę sit differentia.*
6 *Adiectus etiam in instrumento publica non potest agere.*
7 *Adiectus si fuerit in rem suam potest agere.*
8 *Adiectus in obligatione ex causa dotis*

tis potest agere.

9 *Solutio facta adiecto liberat debitorem.*

10 *Solutio facta adiecto non liberat debitorem si adiectus mutauit conditionem.*

11 *Adiecto non potest solui si lis fuerit contestata ad instantiam Principalis.*

12 *Solutio facta adiecti hæredi, non liberat soluentem.*

13 *Adiectus non potest nouare, aut acceptum ferre, vel alias debitorem gratuito liberare.*

14 *Pactum de soluendo tertiæ personæ an producat actionem.*

15 *Pactum de soluendo tertiæ personæ si est stipulatione vallatum producit actionem.*

16 *Ex stipulatione Notarij, an actus fiat in reuocabilis, & dicatur ius quæsitum.*

17 *Acceptatio ex sola scientia præsumitur.*

DE LEGITIMATIONE personæ adiecti in iudicio comparentis. Cap. 13.

1 ADiectus solutioni regulariter non potest agere, tex. in l. Quod stipulatus ff. de solution. l. fin. §. Pupillus, ff. de verb. oblig. l. sed & si filiofamilias, ff. de constituta pecunia, Gl. in §. plane in verb. scio instit. de inutilib. stipulat. Rot. genuæ dec. 54. n. 4. Strac. trac. de adiecto p. 1. n. 46. & seq. Cartar. dec. 126. n. 1. Ant. de Amatis dec. 80. in princ. Gratian. discep. lib. 1. c. 49. nu. 1. Tiber. Decia. cons. 52. n. 37. lib. 3

2 † Scaccia de camb. §. 2. gl. 7. n. 39 & n. 40. tenet, quod leges loquentes de adiecto remanserunt in correctè, vt scribit Imol. quem sequitur Stracca p. 1. n. 22. de adiecto.

3 † quis autem dicatur adiectus declarat, idem Sracca, vbi supra, n. 29. 31. & ad propositum nostrum adiectum solutioni eum dici, cui ex contractu, seu stipulatione, in qua est adiectus nulla acquiritur obligatio; ita declarat etiam Scaccia d. §. 2. gl. 7. nu. 8. ver. 1. concludo.

4 Istam materiam de adiecto alij declarant, prout Stracca per tractatum de adiecto, alij declarant in §. alteri instit. de inutilib. stipulationibus, & in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. quia nemo potest alteri stipulari, & hæc est regula notissima, de qua pulchrè Tiraq. in tract. de constituto limit. 30. nu. 15. vers. in hac tàm magna, Gabriel in lib. 3. conclusionum tit. de ver. oblig. & nouissime Illustrissimus, & numquam satis laudatus Card. Mantica in tract. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 14. tit. 27. nu. 1. & seq. vbi multis ampliationibus, & limitationibus exornat eodem lib. tit. 28. n. 1. cum seq. Ideò quando casus occurrit facile apud istos haberi potest.

5 Et aduertendum est, quod stipulatio, siuè obligatio potest cócipi,

cipi,aut per verba disiunctiua,aut per verba coniunctiua,v.g.si mihi, aut Titio promittis decẽ,tũc ego agere possum ad decẽ,Titius autẽ non,quia dicitur adiectus solutioni, si verò obligatio fit per verba coniunctiua, v.g. mihi, & Titio promittis decem; tunc mihi debentur quinq;,sed Titio nihil, vt in ʃ. quod si quis instit. de inutil. stipulationib. similiter si mihi promisisti decem, & Titio decem possum ego agere ad decem,& Titius non potest,& quãuis simus re, & verbis coniunctis iure acrescendi non acquiro,cum ius acrescendi non habet locum in contr actibus, Stracc. vbi sup. n. 19.& 20.Scaccia,vbi supra,n. 35.vbi alios allegat tenentes,qđ in contractu nõ habet locum ius accrescendi,& ideo obligatio debet semper concipi alternatiuè, non per copulam,vt etiam docet Surd dec.229.n.29.puta promittis mihi,aut Titio decem,quo casu stipulatio remanet valida,quo ad me, & Titius dicitur adiectus.

6 Iste adiectus,nõ potest agere, etiam quod esset adiectus in instrumento publico, quòd paratã haberet executionem, ut tenet Paul. Gualterius in pract. instrumentaria 1.p. 2.p.rubr. 11.in fi.& nos abunde diximus,in princ.

7 Limitatur 1.dicta regula,ut nõ procedat, vbi adiectus haberet principale interesse,scilicet,quando,id ꝙ soluitur adiecto non põt abeo repeti, & suo cõmodo fuisset adiectus,quia tunc dicitur factus adiectus in rem suam,nam sic potest procurator constitui,l.illã C. de donat. plenè not. in l. 1. C. de act. & oblig. & ita potest fieri adiectus in rem suam, prout factus intelligitur, quando interest illius, vt adiecto soluatur, & quod solutũ apud eum remaneat, & quando est adiectus in rem suã in eum trãslatè sunt actiones vtiles, sicut transferuntur in procuratorem in rem suam, Parisius omninò videndus cons.107.n.32.& seq.vol.3.sequitur Tiber. Decia. cons.52.n.39. vol. 3. Stracc. vbi supra n. 38.Cartarius dec.Genuę 126.& nu.5.& quod stante interesse adiectus possit agere, Ruy. cons.209.nu.9. lib. 1.& ita fuisse decisum per Rot.Roma. testatur Gratia.c.49.n.22.& seq. Ant. de Amat.dec.80.n.1.in fi. Ant.Monacus dec.Bononiens.52.n.12.& 13. Costa de portion. ratę q.20. nu.10.quia adiectus in rem suam non est proprie adiectus, Alba cons.406.vol.3.

8 Limitatur 2. in dote, ex quo de iure mulieri adiectę solutioni pro dote acquiritur actio. Bar. in l.post dotem, ff. solut. matr. Maranta in singularibus verbo adiectus.Boer.dec.284.n.18.Nellus in tract.de dote, 6.p. priuil.22.& quid in pio loco, Capiblanc.pragmat.5.n.94.

Limitatur 3. quod licet adiectus

ctus non possit agere absq; mandato, vt diximus poterit tamen, ei à debitore solui, & cõsequitur debitor liberationem in d. §. plane instit. de inutilib. stipul. l. eum qui ita §. qui sibi ff. de verb. oblig. l. sed & si. §. mihi ff. de constituta pecunia, Bartius decis. 26. Surd. cons. 140. n. 16. & cons. 528. n. 2. Triuisan. dec. 42. n. 17. p. 1.

10 Sublimitatur, vbi adiectus mutasset statum, quia ei non põt solui Vinc. de Franc. dec. 55. nu. 15. Costa de port. ratæ q. 20. nu. 2. & in hoc annotat Costa ibi nu. 31. quod si cedula contineat stipulationem de soluendo duobus creditoribus socijs, interim vnus ex socijs petit in iudicio totã summam, & societas finitur, tunc debitori finita societate soluendo vni socio liberatur tantum pro rata, allegat Magon. dec. 106. ratio est, quia socius finita societate solidum exigere nequit l. nemo ff. pro socio.

11 Secundo sublimitatur regula de soluendo adiecto, vt non procedat lite contestata ad instantiã Principalis stipulatoris, nam tũc non potest ei amplius solui, Bart. & Castrens. in l. si quis stipulatus fuerit decem in mille, ff. de verb. obligat. Petrasancta sing. 87. Decia. cons. 68. vol. 3. Costa d. q. 20. num. 5.

12 Tertio sublimitatur, quia licet adiecto solui potest, non tamen eius hæredi, nàm facultas soluendi, & recipiendi pecunias non trãsit in hæredem, tex. in l. cum quis ff. de verb. obl.

13 Quarto sublimitatur licet adiectus possit solutionẽ accipere, non tamen nouare, acceptum ferre, vel aliàs debitorem liberare, text. & DD. quos Surd. dec. 229. num. 27.

14 Solet in presenti materia sæpè disputari, an ex pacto de soluẽdo pretium tertiæ personæ, sine stipulatione notarij in contractu emptionis, & venditionis facto, ille tertius possit agere, & solet allegari. tex. in l. cum res Cod. de donation. Marta voto 48. n. 2. & fere omnes DD. adducit Giurba dec. 62. nu. 27. cum seq. & sub num. 30. dicit hoc procedere nõ obstãte, quod in instrumento adesset iuramẽtum (quicquid dixerit Roland. cõs. 19. n. 31. vol. 1.) & & non obstante clausula in cõtractib' opponi solita, vnde &c. (quicquid dixerint Io. de Amicis cons. 16. & Gratian. c. 204. n. 42) † vbi

15 vero pactum stipulatione Notarij pro creditoribus, seu tertij, ẽt absentibus esset firmatum possent tertij, seu creditores agere, DD., quos Giurb. adducit ibi n. 31. addo ego Seraphin. dec. 472 n. 1. & † quando adest stipulatio

16 Notarij solet, etiam disputari an dicatur ius quæsitum absenti in reuocabiliter, & quomodo ante ratificationem, & acceptationẽ, de qua disputatione, latissime

Rot.

Rot.Roma.dec.12.p.1. in recensioribus vbi postquã cumulasset multos DD. Rot. sequitur hanc distinctionẽ, aut tractatur ad effectum,vt sit quæsitum ius, seu dominium absenti, & tunc requiritur acceptatio absentis,aut ad effectum,quòd non possit ante ratificationem absentis, ille, qui se obligauit penitere, & tunc nõ est necessaria acceptatio, hanc eandem distinctionem facit Rota decis.683.n.4.p.1.diuersorum,& in recentioribus p.2.dec.369.n.3. & dec.488.n.6.& bene etiam declarat Surd.conf.60. n.16. & cũ hac distinctione ad concordiam redducuntur due decisiones,quæ viderentur contrarię,scilicet,decis.262.n.5.p.1.In recentioribus vbi firmatur, quod magis cõmunis opinio est, quòd per stipulationẽ Notarij acquiritur ius absenti,etiam sine ratificatione,cuius contrarium latè firmatur d. dec.12.n.3.eadem p.1.† satis tunc dicitur constare de acceptatione,& ratificatione ex sola scientia absentis absq; actu positiuo additio ad dec. Sanctissimi Gregorij XV.dec.97.nu.8.

17

SVMMARIVM Cap.14.

1 *Procurator quis dicatur?*

2 *Procurator admittitur ad iudicium qualitercumque constet de voluntate domini.*

3 *Procurator ad litem an, & quando potest exequutionem sententiæ petere. Et quid si esset ad omnes lites, & an actor possit ad futuras lites constituti sicut procurator, vel non?*

4 *Procurator Generalis constitutus ad negotia,cẽsetur datus ad agendum, & defendendum.*

5 *Procurator licet non possit executionem petere, tenetur tamen appellare, licet non possit appellationem prosequi.*

6 *Procurator constitutus simpliciter in causa, etiam cum clausula vsque ad sententiam diffinitiuam, non potest appellationem prosequi.*

7 *Procurator si collusit cum aduersario an, & quando praiudicat domino.*

8 *Sententia lata contra procuratorem citatum,& contumacem, qui non appellauit mandatur exequutioni contra dominum.*

9 *Procurator cum libera an possit transigere,liberare, vel remittere.*

10 *Procurator ad agendum an possit compromittere.*

11 *Procurator an, & quando censeatur reuocatus per constitutionem secundi procuratoris.*

12 *Procurator post litis contestationẽ an possit reuocari.*

13 *Procurator ex quibus causis post susceptum mandatum potest ei renuntiare.*

14 *Procurator ex quibus causis post litem contestatam mutari potest.*

15 *Procurator, qui non habet potestatem substituẽdi, si substituat quid iuris.*

16 *Procurator cum potestate substituendi potest ante, vel post litis contestatio nem substituere.*

17 *Procurator non cogitur inuitus procuratione suscipere, vel susceptam vltra mandata exequi.*

18 *Procurator litis tenetur reddere ratio nem, & si fuerit creditor, quo iure ei succurritur.*

19 *Procurator simpliciter constitutus ad lites censetur constitutus ad lites præsentes, & non ad futuras; nisi dominus nullas haberet lites de præ senti.*

20 *Exceptiones quę proponi possunt aduer sus procuratorem.*

DE LEGITIMATIONE personę Procuratoris in iudicio comparentis. Cap. 14.

PErsona, etiam procuratoris non semper in iudicio dicitur legitima, ideò cognito, qui sit procurator, uidebimus de legitimatione personæ Procuratoris.

Nomē procuratoris est in diffinitum, prædicatur de quolibet mandatario, ideo comprehendit Nuncium, mandatarium, & procuratorem, Bald. conf. 353. nu. 2. ver. porro uomen lib. 3.

1 Est autem procurator, qui aliena negotia mandatu domini administrat. tex. in l. 1. ff. de procuratoribus, ibi (vsus autem procuratoris, per quam necessarius est, vt qui rebus suis ipsi super esse, vel nolunt, vel non possunt, per alios possint, vel agere, vel conueniri,) & potest procurator ad præsentem, siue futuram litem, siue negotium constitui. text. in l. item, 2 & in litem, ff. eodem, † & regulariter ad causam admittitur qualitercumq; cōstet, quod habeat voluntatem eius, pro quo ad causam venit, etiam per literas Verallus dec. 183. 185. 186. & 394. p. 2.

3 Et iste procurator specialis ad litem regulariter non potst petere executionem sententiæ, nisi esset procurator in rē suam, vel haberet mandatnm speciale ad executionem petendam. tex. est in l. si procurator. §. 1. ff. de procuratoribus, l. hoc iure, ff de solutionibus, l. vero procuratori, ff. eod. quod dicit notandum Bartol. d. l. hoc iure.

Intellige si conuētus excipiat, alias bene posset tentare actiones iudicati, & petere executionem sentētiæ, vt colligitur ex eadem lege si procurator ibi (exceptione repelli debet sicut cum agit) &c. Ita tenet Bart. in d. l. hoc iure Roderic. Suarez in l. post rem c. quia supra ff. de re iudicata fol. mihi 161. nu. 2

Et sic regula quod procurator ad litem non potest petere execu tionem. Fallit primo in procuratore in rem suam, & in eo, qui habet speciale mandatum, vt collil igitur ex eis inribus in l. si procu rator,

rator,& d.l.hoc iure,& ibi glos.

Fallit 2. si procurator fecisset expensas pro domino,quia si dominus non est soluendo,potest petere executionem sententiæ contra condemnatum quatenus soluantur sibi expensæ, Ang. l.actoris procurator , ff. de procuratoribus.

Fallit 3. si haberet mandatum ad exigendum,quia posset petere executionem sententiæ,& exigere ab inuito Bald.& Ang.in d. l.si procurator,& est tex.in l.non abstulit,C.de nouationibus, & in l. inductū,C.de solutionibus,Bart. de in l.hoc iure.

Fallit 4. si esset procurator ad lites præsentes,& futuras , quia tunc posset petere executionem sententiæ vigore mandati ad lites futuras,Bar.in d.l.hoc iure,& d.l. si procurator,& ibi Ang.nam tūc cessat ratio l. si procutator , vbi quod finita lite,finitur mandatū, quia intelligitur de lite præsenti, secus quando, etiam ad futuras lites haberet mandatum., Suarez vbi sup. n.6. & similiter si constitutus fuisset procurator his verbis scilicet , ad omnes causas meas constituo procuratorem, quia indeffinita oratio æquipollet vniuersali, & dicetur, etiam constitutus ad futuras lites secundū dec.Rotæ,de qua Mantica de ambiguis conuet. lib.7.tit.16. n.47

Ex hæc dicta sint in procuratore,secus in actore, quia actor vniuersaliter non potest cōstitui ad futuras lites ratio est quod constituitur cum decreto, & decretū interponitur super re certa non incerta, vt ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine in l. item eorū Federic. de Senis q.100. n. 4.

4 Fallit 5.nisi procurator fuisset generaliter constitutus ad negotia,quia censebitur datus ad agendum,& defendendum. text.in c. qui generaliter de procurator. in 6.l.1.& 3.ff mand.l.ex malefitijs. §.si quis absentis,ff.de act.Pet. de Greg. sintasmatum iuris vniuersi lib.49.c.4.n.2.

5 Fallit 6. quia licet non possit procurator ad litem exequutionem petere; potest tamen, & debet appellare,licet non possit appellationes prosequi,Paul.de Castr.in l.iam hoc iure,ff.de solutio. vbi Bart.& alij ibi,& est text. vbi omnes in l.inuitus, C.de procur. Io.Faber in §.item inuiti instit.de curatorb. Bal.cons.172.Moedan. dec.126.n.2.Puteus dec.345.n. 3.lib.1. quia alia est instantia primæ causæ , alia instantia appellationis,Castr. cons. 12.nu.15. vbi ait procuratorē primæ causæ non posse prosequi causam appellationis.

Et quod sint causę diuersæ, tradunt omnes DD. in d. l. inuitus, C.de procuratorib.Abb.in c.non iniustè extra de procurator.& ob id dari debet ad lites præsentes, & futuras , ut possit causam ap-

pellationis prosequi Bart. & alij DD. in d. l. inuitus, Rota decis. 2. & 19. de procurator. in nouis, decis. Tholos. 156. Alex. cons. 36. n. 9. vol. 2. Ruy. cons. 70. vol. 5. Laderch. cons. 55.

6 Intellige, quæ supradicta sunt de procuratore, quod possit appellationis causam prosequi, vt procedant, etiam, quod procurator fuerit constitutus simpliciter in causa cum clausula vsq; ad sententiam diffinitiuam, quia non per hoc dicitur habere mandatũ pro causa appellationis, & ita fuisse decisum testatur Gaspar Thesaur. q. 75. n. 3. & 4.

7 Dixi (quod possit appellare) sed quid si non appellauit, vel collusit cum aduersario, an præiudicat domino pauperi, dic quod non; quia dominus, etiam in his casibus poterit appellare, etiam post decẽ dies. Guid. Pap. q. 436. nu. 88. Iaffred. Lanfranc. Bal. dec. 8 397. † aliàs sententia lata contra procuratorem citatum, & contumacem, qui non appellauit mandatur exequtioni contra Dominum, si fuit lis cum ipso procuratore contestata, idem Iaffred. Lanfranc. dec. 179. & tunc dominus agere potest ad interesse contra procuratorem. Cassador. dec. 5. tit. de appell. Pet. Bonintend. dec. 26. quia procurator tenetur appellare Roman. sing. 474. quo nõ existente soluendo conceditur restitutio ad appellandum, Capell. Tholos. quæst. 101.

9 Sed quid si fuit constitutus procurator cum libera ad lites, an ei licita sit transactio, liberatio, obligatio, vel remissio, aut quid simile in præiudicium mandantis, dic quod non Bar. in l. Qui Romæ §. Galllimacus nu. 2. de verb. oblig. Franc. Muños de ratiocinijs c. 19 n. 38. Gratia. lib. 1. discept. c. 196. n. 14. Nicol. Cauol. §. procurator concl. 9. per totam, vbi sunt ampliationes, & limitationes. † compromittere tamen potest in arbitratorem procurator ad agendũ, vbi litigans, ex forma statuti cogi posset ad compromittendum. Ias. in l. transactionis. nu. 3. C. de transactionibus, Benintend. concl. 21. & de potestate istius procuratoris cum libera, late Mantic. de tac. & ambig. cõuect. lib. 7. tit. 16. n. 35. cum seq.

10

Et si duo, vel plures fuerint procuratores constituti, & non fuerit dictum insolidum, vnus sine alijs non debet admitti gl. in l. pluribus, ff. de procuratoribus, & in l. creditorem, §. duobus, in verbo pro solido, ff. mandati gl. in c. non iniuste ver. cũ alijs de procur. & c. si duo de procuratoribus in 6. quem videas omnino Bar. & Bal. d. l. pluribus Abb. in c. pen. de procuratoribus. Alex. cons. 92. nu. 6. lib. 7. quicquid contradixerit Oldrad. cons. 130. nu. 8. nam contra eum tenent prædicti vbi non adest dictio insolidum.

Se-

Secus vbi duo, vel plures procuratores insolidum fuerunt constituti, tunc quilibet ipsorum admittitur, & melior est conditio occupantis, nisi aliud fuerit expressum in mandato d.c.si duo de procur.in 6. Bar. Bald. & alij d.l. pluribus, ff. de procur.

Et similiter dicendum est, vbi quis constituit Titium, & Seium procuratores, & vtrumq; eorum, vel fuerit dictum, & quẽlibet eorum, vel fuerit dictum, promittẽs ratum habere quicquid per eos, aut eorum aliquem actum fuerit, aut constituti fuissent cum libera, nam istis casibus, quilibet eorum potest comparere, & melior est conditio occupantis pulcherrime declarat Mantica de tac. & ambig. conuect. lib. 7. tit. 17. per totum. & sub nu. 10. & 11. tenet quòd in causis spiritualibus, vel beneficialibus etiam quod plures fuerint procuratores constituti simpliciter, quilibet ipsorum admittitur, ac si insolidum essent cõstituti per rationes quas ibi.

11 Excipitur, etiam contra procuratorem, quod sit reuocatus, nam per constitutionem secundi procuratoris censetur reuocatus primus, tex. in l. si quis cum procuratorio, §. fi. ff. de procur. Dec. in c. ceterum n. 16. extra de rescriptis Corneus cons. 93. n. 7. lib. 2. Bellam. concl. 129. n. 1. Puteus dec. 267. lib. 2.

Nec facit quod procurator litis dominus effectus non possit sine causa reuocari, quia hoc verũ eo modo quo dicemus infra, & quãdo expresse reuocatur, non quando tacitè. Cassado. dec. 2. n. 4. & 5. de appell. neq; contrariũ dicit Achill. dec. 14. de procurat. & procedit, etiam si secundus non acceptasset, quia adhuc censetur reuocatus primus, vt tenet additio ad dec. Santiss. Domini Nostri Gregorij XV. dec. 548. nu. 4. & 5. Boer. dec. 347. Puteus dec. 267. nu. 5. lib. 2.

Fallit tamen vbi constitutio secũdi procuratoris est generalis, quia per illam non reuocatur antea in specie factum mandatum Petr. de Greg. lib. 49. c. 4. nu. 17. sintasmatum iuris vniuersi.

Fallit 2. vbi secundus procurator esset datus in diuersa causa, Boer. dec. 347. n. 4.

Fallit 3. si in constitutione secundi procuratoris esset clausula citra reuocationem aliorum suorum procuratorum, quia primus tunc non censeretur reuocatus per constitutionem secundi Alberic. Ang. Bald. in d. l. si quis cum procuratorio, § fi. ff. de procurat. Boer. vbi sup.

12 Et quod procurator post litis contestationem expresse nõ possit sine causa reuocari, est tex. in c. 2. de procurat. in 6. Seraphi. dec. 195. n. 1. Rot. dec. 172. p. 2. in recentioribus, & quæ sit iusta causa ibi Rota remittit arbitrio iudicis,

cis,& quando nullus se opponit, scilicet,nec pars aduersa,nec ipse procurator reuocatus, tunc tenet reuocatio, etiam post litem contestatam, Seraphi.d.dec.195. n.1.Rota dec.154.n.1.p.1.diuersorum.

Quod diximus procuratorem non posse post litem contestatam reuocari intellige,nisi pars aduersa consentiret,quia posset Puteus dec.18.de procurator.& talis cõsensus probari debet per eũ, qui nititur reuocationi Puteus dec.9 de procurator. & omnia gesta cũ isto procuratore post reuocationem essent ipso iure nulla, nisi huiusmodi reuocatio non veniret ad notitiã partis,& iudicis,Vant. de nullitate ex defectu inhabilitatis nu.162. Additio ad Greg.XV. dec.542.

13 Sunt tamen multæ causæ, ex quibus procurator post susceptã procurationem potest ei renuntiare,quæ ponuntur in l. filiusfa. ff.fi.cum sex ll.sequentibus,ff. de

14 procurator. † & causæ, quæ dant iustam occasionem domino mutandi procuratorem, etiam post litem contestatam cum eo, (nam ante liberè licet) referuntur in l. ante litem cum ll. seq. eodem tit. de Procurator.

In vsu hodie nihilominus est, vt in quacumque litis parte possit dominus liberè, & quacumq; ex causa eaque non expressa procuratorem reuocare sine tamen præiudicio aduersarij in his, quæ gesta sunt, Petrus de Greg. lib.49 ç.4 nu.16.sintasmatum iuris vniuersi,quæ procedunt, etiam ubi dominus cũ iuramento pactũ fecit de non reuocando. Alex.cons. 29.n.18.lib.5. Ias.cons.211.n.5. lib. 2. Paris. cons. 69. num. 118. lib.3.

16 Sed pone,quod procurator iudicij non habeat potestatem substituendi, & tamen substituat. Vtrum substitutus in iudicio possit defendere,sicut procurator specialiter constitutus Andr. Isern. & Affl. in rubr.constit.vt vniuersitas accusata,tenet,quòd sic post litis contestationem, sed non ante litem contestatam, & hoc per l.quod quis C.de procurator.sed

16 si procurator fuerit cõstitutus cũ potestate substituendi, tunc posset ad litem substituere, tam ante litis contestationem,quàm post, secundum Bal. in d.l. quod quis, & est tex.in c.1.de procurat.lib.6. & in l.cum essent,§.1. ff.de seruit. rustic.prædior. Io.Andr. in additionibus ad speculatorem tit.de procurat. ff. vt autem vers. pono generaliter.

17 Procurator non cogitur inuitus procurationem suscipere, vel susceptam vltra mandata exequi, sed fidem tantum implere l. inuitus, C. de procurat. & oĩa ad do-

18 minum pertinent, scilicet pœna, sumptus, lucrũ, & damnum, † de quibus tãtũ reddere rationẽ procura-

curator debet fine commodo suo, vel dãno, vt in l. Qui proprio nomine, ff. procurator, & l. Quacũque ratione, ff. de procurat. sumptus ab eo factos repetit mandati actione, l. qui mutuam pecuniã ff. fi. ff. mãdat. vbi Bar. dicit, quod illa l. procedit, & si, lis talem non habuerit, qualem dominus deside rat exitum. verum quod Bar. in l. si se non obtulit, ff. de re iudic. notat procuratorem teneri ad expẽsas, quæ cõtingerint propter eius contumaciam & procurator, cuius dolo, vel culpa aduersarius obtinuit tenetur dominum cõseruare indemnem, & expensas de suo soluere, tex. in l. vnica, ff. si procurator, ff. si quis ius dicẽti non obtemper. Pet. de Greg. Sintasinatũ iuris lib. 49. c. 4 in fi.

19 † Est etiam notandum in procuratore quod constitutus simpliciter ad lites censetur solum constitutus ad lites præsentes, & non ad futuras. Bart. in l. 3. §. si pupillus, il 2. ff. de tutor. & in l. omniũ, n. 1. ff. de procurat. Bal. in l. 1. n. 10. ff. eodem Ang. in l item & ad litem n. 1. ff. eodem.

Fallit secundum Barthol. post Dyn. in d. l. 1. n. 10. ff. eodem, & in l. Quod dicitur n. 2. ff. de tutor. in connexis, vel quando tempore, quo fuit factum mandatum Dominus nullas habebat lites pręsentes, quia, tunc nè mandatum reddatur in vtile porrigitur ad lites futuras, Bal. d. l. 1. Angel. Alberic. Guigliel. & Iac. Butrius, l. item, & & ad litem, ff. eodem, Parisius conf. 43. nu. 14. lib. 4.

20 Excipitur contra procuratorẽ quod sit seruus, qui non potest esse procurator, etiam ad impetrandum rescriptum, Oldra. conf. 317 quod sit excommunicatus, vel minor, aut mulier, aut monachus, vel in sacris constitutus & in Regno nostro, quod sit Cõsiliarius, quæ personæ repelluntur ab offficio Procuratoris, & in iudicio pro alijs stare non possunt, de quibus per capita separata multa scribere decreuimus infra.

SVMMARIVM Cap. XV.

1 *Excommunicatio quid est; & quomodo ferri debet.*

2 *Ordinarij locorum possunt excommunicare seculares, & multocies regulares.*

3 *Excommunicatio quotuplex. & quod ferri, aut declarari non potest, nisi pręcedat canonica monitio, idest citatio.*

4 *Excommunicatus an possit in iudicio comparere pro se, vel pro alio.*

5 *Modi probandi excommunicationem, qui sint.*

6 *Excommunicatus an possit obtinere litteras de manutentione possessionis.*

7 *Excommunicatus non auditur in iudicio etiam vbi proceditur de bono, & equo.*

8 *Excommunicationis exceptio potest oppo-*

poni non obstante lapsu termini.

9 *Excommunicatus non admittitur in testem.*

10 *Excommunicatus non auditur etiam per procuratorem.*

11 *Excommunicatus auditur si non fuerit oppositum de excommunicatione.*

12 *Excommunicatus an audiatur si prosequitur appellationem.*

13 *Interdictus an audiatur in iudicio.*

14 *Excommunicatus ubi reus est an possit defendi.*

15 *Excommunicatus quos actus facere possit excommunicatione non obstante.*

16 *Absolutio ab excommunicatione à quo iudice concedenda.*

17 *Excommunicatus an possit à iudice appellationis absolui ad cauthelam, siue ad effectum agendi.*

18 *Absolutio ad cautelam quomodo concedenda remissiuè.*

19 *Absolutionem ad cauthelam, qui petit an censeatur fateri se esse excommunicatum.*

DE EXCOMMVNICATO an pro se, vel pro alio possit in iudicio stare. Cap. 15.

1 EXcommunicatio est spiritualis pęna,& medicina,vt colligitur,ex tex.in c.1.de sent.excommu.in 6.& à sacro Cōcilio Tridentino sess. 25.c. 3. de reform. Gladius, ac Neruus Ecclesiastice disciplinæ ad continendos in officio populos valdè salutaris appellatur, quæ excommunicatio debet ferri inscriptis, & in ea ex primi causa,& dari copia excommunicato petenti,text. est in c.1.§. quisquis de sententia excommunicationis in 6. Lapus alleg. 74. quo Gladio ordinarij locorū in sua diocesi possunt vti cōtra omnes non solū seculares, sed multoties contra regulares; nàm licet excommunicatio lata regulariter ab ordinarijs contra subditos non ligat religiosos,quia non subsunt eorum iurisdictionibus, vt in c. à nobis de sent. excomm. Cap. Romana de sent. excom.in 6.c.1.§.eos de priuilegijs eodem libro sunt tamen multi casus, in quibus ordinarij religiosos valēt excommunicare, & religiosi subsunt ordinarijs,vt puta in prædicationibus quas non possunt Religiosi facere sine licentia Ordinarij,vel Sedis Apostolicæ, vt c. excommunicamus, §. quia vero de hæreticis,& Concil. Trid. sess. 5. c. 2. in fi. de reform. gl. in c. Quod dei vers. priuilegia de statu Monacorū Bulla Leonis X. quę est XV. fol. 205. & similiter secundo possent excommunicari Religiosi ab Ordinario quando nollent ire ad processiones in dictas ab Episcopo Concil. Trid. sess. 25. c. 13. de regularibus sunt, & alij casus, in quibus Episcopus potest regulares excōmunicare,& cogere quos quando casus occurrit potes faciliter videre, per Zerulam in sua prax. Episcopali verb. excommuni-

ni-

nicationis causa materialis vers. 4. an Episcopi vbi enumerat casus viginti.

Et licet quando excommunicatio fertur à canone secundũ magis veram conclusionem non sit necessaria monitio sicuti in specie probatur in capitulo à nobis de sent.excom.in 6. & in c.si quis suadente diabolo 17.q.4.c.2. de constit.in 6.quod etiam procedit secundum aliquos.In declaratione,& renuntiatione excommunicationis ab ipso iure late,vt dicũt Abb. & Francus in c. reprehensibilis de appellationibus; ex quo ad hanc declarationem nõ est necessaria monitio Canonica, quia Iudex ipse denunciãs non excommunicat, imo ius ipsum excommunicauit,vt dicunt prædicti.

Tamen verissima est opinio qđ oportet de facto,& crimine cuius causa excõmunicatio indicta est, citata parte prius constare,glo.in clem.præsenti, in ver. constiterit de censib. vt in clem. multorum de pœnis notant Roma.cons.482 col.vlt. Dec.in d. c. reprehensibilis Panorm. in c. Parochianos de sent.excomm.Curt.sen. cons.20. dubio primo, latè probans declarationem aliter factam nullam esse ipso iure authoritate, tex.in c. 1.de caus.post:& propr.Clem.pastoralis,ad finem,de re iudic. l.de vno quoq; ff.de re iudic. idem tenent Felin.in c.Rodulphus de rescr. ver. citatur etiã pars Cardin. & Imol.in c.extirpande 7.col. de præb. Hieronym. Gigas de pensionib.q.78.n.5.atq; ita est intelligendus,tex.in c.reprehensibilis cuius etiam meminit Hippol.in l. vnica, C. de raptu virgin.nu.66. est & pulcher tex. de hac denuntiatione, & declaratione excommunicationis in c.pastoralis,§. verum de app. & in c.cum secũdum leges de hæred.instit. lib. est satis expeditum has declarationes fieri debere audita, & citata parte. Couar.in c.alma mater 8.q.nu.6. de sententia excommunicationis in 6.

Et hæc adeo vera sunt, vt etiã in notorijs excommunicationis sententia non sit alteri ferenda quam monitione canonica præmissa cum enim ob contumaciam hæc cẽsura feratur, constat prius monendum fore ipsum delinquẽtem,vt inde appareat an verè cõtumax sit,licet crimen sit manifestum quod deductiuo à glo. in c. Episcopi 11.q.3.& gl.in d.c.cum sit Roma. §. vlt. de app.quo in loco Host. Abb. Dec. & alij, hanc opinionem in specie probant Innoc.Io.And.Henr. & alij in d.canone sacro. & quod in notorio facti transeuntis necessaria sit citatio, tenet Bart. omnino videndus in l.scriptus,n.4.ff.de religiosis,& sumptibus funerum,ex quo delictum non potest dici notoriũ nisi prius fuerit super eo cognitum, & per iudicem declaratum

Q reo

reo citato, ut consuluit Aret. cōs. 265. vers. 2. principaliter vbi testatur esse magis commu. equam & veram opinionem Ferrett. cōs. 31. n. 5. lib. 1. Cephal. cons. 201. n. 9. lib. 2. & quod requiratur declaratoria, etiam in notorio dixit communem opinionem, Viuius verbo notorium, Bursat. cons. 74. n. 28. & Tusch. concl. 111. lit. N. n. 4. tenet quod DD., qui voluerunt in notorio non requiri citationem intelliguntur quando delictum, & qualitates, & accidētia delicti sunt notoria ita quòd notorie constat non competere defensionem, vel excusationem delinquenti, at si delictum est notoriū, & non qualitates, & accidentia, quia potest competere delinquenti defensio, tunc debet omnino citari, hanc distintionem fecisse collegium. Florent. inter consilia Curt. sen. cons. 21. nu. 15. & Carrer. fol. 28. in sua praxi crim. quos allegat Iul. Clarus, licet ipse teneat indistintè quod in quocumque notorio si reus est absens debet citari in §. fin. q. 9. n. 3.

Est verū quod si latitaret sufficeret excommunicandum citare in domo solitæ habitationis, Couar. vbi sup. & Ianuensis in sua praxi Archiepiscopali, capit. 29. num. 12.

3 Excommunicatio in iure duplex est, nam quædam est excommunicatio quam Doctores appellant minorem, & est quæ excludit tātum à participatione sacramentorum non autem a communione hominum fidelium, quædā excommunicatio est, quam Doct. appellant maiorem, & est quę excludit à participatione sacramentorum, & à communione fideliū, Iul. Clar. in §. fi. q. 77. n. 1. vbi testatur de cōmuni opinione, Tusc. vers. excommunicatio concl. 436 num. 10.

Si quærimus an excommunicatus possit in iudicio comparere, & dicendum est quod si loquimur de excommunicatione quā Doctores appellant minorem, & non prohibetur excōmunicatus in iudicio stare, si quidem maior, & non minor excommunicatio repellit excommunicatum à communione fidelium, & ab agendo, Petr. de Greg. lib. 49. c. 2. n. 3. sintasmatum iuris vniuersi, per tex. in c. pen. de sent. excommunicationis Abb. in c. ad probandum, nu. 8. de sententia, & re iudicata, & in c. veritatis, n. 35. de dolo, & contumacia Hector Felic. de societate c. 8. n. 9.

4 Iste excommunicatus, vt dicūt excommunicatione maiori non potest, nec pro alio, nec pro se in iudicio stare, tex. in c. post cessionem extra de procuratoribus, c. prudentia, §. sex de officio delegati, c. intelleximus extra de iudicijs quinimo Iudex ex officio debet excommunicatum à iudicio repellere si habet notitiam censurarum,

rarum, & tenetur seruare formã, c. pia de except. in 6. Seraph. dec. 182. n. 1. formam autem illius capituli examinat Pet. de Gregor. lib. 49. capit. 2. num. 2. sintasmatum iuris vniuersi, scilicet quãdo aliquis obijcit exceptionem excommunicationis eam probare debet, si non apparet ex excommunicati confessione, vel alio modo, eiusq; probationis causa datur à Iudice dilatio dierum octo infra quos si non probatur excommunicatio non poterit amplius impediri actor causam prosequi.

5 Modos autem probandi excõmunicationem ponit Mascard. à concl. 698. vsque ad concl. 705. sed Mariscot. c. 41. n. 5. lib. 2. var. resol. tenet, quod ad effectum repellendi aliquem alimine iuditij excommunicatio probatur qualibet leui probatione, & quod sufficit probare denuntiationem ad effectum repellendi à iudicio, Capell. Tholos. dec. 301. Marta tom. 2. tit. excommunicatio, c. 43. in suis collectis decisionum.

6 Ampliatur supradicta conclusio, quod excommunicatus non possit in iudicio stare, etiã quod essemus iudicio manutentionis possessionis Rota coram Sanctissimo Gregorio XV. decis. 64. vbi refert sic fuisse decisum aliàs coram Reuerendo licta 31. Ianuarij, & addictio ad Rotam refert similiter fuisse decisum coram Reuerendo Manzenedo in vna valentina pensionis, Marchesan. de commiss. tom. 3. fol. 353. Rota dec. 275. n. 3. impressa per Farinac. post secundum librum concil. & dec. 614. nu. 2. p. 2. in recentioribus.

7 Ampliatur 2. etiam in iudicio mercatorum, in quo, licet procedatur de bono, & equo hæc tamẽ exceptio non tantum concernit ius partis merum, sed ius quoq; publicum Fely. in c. intelleximus de iud. & in c. exceptionem extra de exceptionibus, imo ista exceptio est fauorabilis, qa inducta est propter periculum animæ, adeo quod si quis iurauit non opponere exceptionem excommunicationis poterit illam opponere, iuramento non obstante, vt latè Robert. Marant. p. 6. c. & aduertatur ad exceptiones oppositas, nu. 60. in speculo aureo.

8 Ampliatur 3. vt hæc exceptio opponi possit, non obstante lapsu termini ad opponendas omnes exceptiones, per tex. in clem. vnica de exceptionibus, imò si specificè terminus datus fuerit ad opponendam dictam exceptionem adhuc opponi potest, lapsu termini, non obstãte secundum gl. pen. d. clementinæ vnicæ, Fely. in d. c. exceptionem n. 13.

9 Ampliatur 4. vt nec etiam in testem excommunicatus recipiatur, Seraphi. dec. 244. nu. 2. & est text. in c. decernimus de sentẽtia

excommunicationis in 6. & in c. veniēs,il 2. in fi. de testibus, & in c.licet de sentētia excommunicationis in 6. Carrer. in tract. de hæreticis,n. 143. Mascar.latè concl. 705. 46. p. vbi sunt ampliationes,& limitationes.

10 Ampliatur 5. quia excommunicatus, etiam per procuratorem non potest in iudicio stare, & sicut repelleretur principalis,& repellitur eius procurator. Capell. Thol dec.386. Mart.vers.excommunicatio oap.44. habet insuper hęc exceptio excōicationis alias multas specialitates quas Fely. in c.exceptionē de exceptionibus.

11 Fallit 1. quando non opponitur talis exceptio,quia tunc iudicium sustinetur, vt tenuit Rota 13. Iunij 1605. de qua per Mariscott.c.47.n.3.lib.2.var.resol.

12 Fallit 2.in excōmunicato prosequente appellationem secundū Butrium in c. significauerūt, n.9. de exceptionib. vbi sic distinguit, aut excommunicatus est reus in in principali, & appellatus, quia obtinuit, & tūc auditur, quia defensor, & Reus est, idem est si sit reus originarius, & appellatus, quia tūc est defensor,aut est actor originarius,& appellatus,& tunc non auditur si agat pro confirmatione,vel exequutione sententiæ.

13 Fallit 3. in interdicto, quia interdictum, Ecclesiasticum minus est quam excommunicatio minor, ideo interdictus potest omnia, quæ excommunicatione minori ligatus posset, Fideric.de Senis cons. 147. vers. interdicti verò Tusch.conclus.436.in fine,litera E.

14 Fallit 4. nisi excommunicatus in iudicio fuisset reus necessarius, quia quævis inhabilitas eum nō repellit à iudicio,vt notat Scacc. de iuditijs causar.lib.2.cap.2.nume.163. & c.9. num. 1024. idem Scacc. de camb. glo.5. num. 42. vbi dat rationem,quia reus necessarius quàmuis sit inhabilis debet cum inhabilitate audiri, nam necessitas non habet legem,& implicaret contradictionem quod vocaretur ad se defendendum,& denegata ei defensione possit condemnari.& quòd excommunicatus in iudicio stare possit se defendendo, Mariscott. cap. 41. nu.2. lib. 2.

15 Fallit 5.quia licet excommunicatus non possit in iudicio comparere potest tamē multa facere, quæ sunt facti, & extraiudicialia, licet peccet mortaliter. Et primo acceptat beneficium sibi collatum, Zerola verb. Beneficium, §.6.dub.3.& verbo excommunicationis causa formalis 8. dubio.

Secundo præsentat ad ius patronatus, si est laycus, & tenet præsentatio,Zerol.ibi loco citato

Tertio contrahit matrimoniū c.significasti de sponsal.

Quarto facit professionem in religione Couar. de sponsal. 2.p. c.6.

capit.6.num.3.

Quinto põt fieri monachus Zerula ibi.

Sexto poteſt capere poſſeſſionem beneficij, Selua tract. de benefic.3.p. q.4.n.12.& 15.

Septimo poteſt confiteri peccata ſua, & valet confeſſio eius iuxta notata per Nauarr.c.9.n.3. Sotus 4.ſentent. diſt.22.q.1.art. 1. Armilla in verb.abſolutio n.5. & verb.confeſſio nu.11.Caiet.in ſumma in verb. abſolutio 3.

Octauo emit & vẽdit Coua.var. reſol.lib.1. quẽ Zerula allegat ibi

Nono impetrat pro alio reſcriptum,Gomeſ.in c.1.nu.34.de reſcrip.lib.6.Achill.de Graſsis dec. 2. de ſentẽtia excõmunicationis.

Decimo & pro ſe, & pro alio impetrat abſolutionem, & commiſſionem appellationis, idem ibidem n.25.

9 Vndecimo qñ eſt carceratus poteſt pro ſe etiam impetrare reſcriptum idem ibidem nn. 49.

Duodecimo poteſt eſſe in iudi tio pro ſui defenſione, c.intellexi mus,& ibi gloſſ. de iudicijs ſicut diximus.

Decimotertio põt conſtituere procuratorẽ ad negotia, idem in c.ſi annum n.26.de iudicijs,lib.6

Decimoquarto poteſt appella re quàmuis excipiatur de excommunicatione, & proſequi ſuam appellationem Abb. in c. ſignificauerunt n.1.de exception.

Decimoquinto poteſt audire concionem in Eccleſia,Abb.in c. reſponſo n.2.& 3.de ſent.excommunicationis.

Vltimo poteſt quicquid eſt facti etiam ſuper ſpiritualibus, Io. de Selua ibidem nu.15.22.& 24. & in iſtis habet locum ille verſus. Vtile lex,humile,res,ignorata neceſſe.Hoſtienſ. in ſumma titu. de reſcript.§.quis imperrare n.5.Fely.in c.fi.de except.deciſ.Rotę 9. de reſcript.in antiquis Imol.in c. intelleximus de iudicijs. Nauarr. in c.non dicatis 12.q.1.n.57.ver. Addo 12. & quod excommunicatus poſſit contrahere eſt.rex.in c. Felicis ꝟ. verum de pęnis in 6. & ita tenet Abb.in c.veritatis,n. 33.de dolo, & contumacia, & in c.ad probandum, vbi Fely. de re iudicata.Io.de Sylua in tracta. de beneficijs p.3.q.4. Alfolſ. a Caſt. in tract.de poteſtate leg. pen. lib. 2.cap.vlt. & ita tenent Doctores communiter in c. ſi vere de ſentẽtia excommunicationis,Couarr. ĩ 1.p. c.alma mater ꝟ.1 n.9.de ſen tẽtia excommunicationis, Dec. in c.cum parati,n.2.de appell.

16 Debet igitur excõmunicatus petere abſolutionem,vt poſsit in iudicio audiri, quæ abſolutio regulariter cõcedi debet ab eo, qui excommunicauit, & ad eum excommunicatus eſt remittendus. tex.in c.ad reprimenda de officio ordinarij,nec poteſt etiamà ſuperiori ordinario abſolui, ſed remit tendus eſt ad ſuum ordinarium,

qui

excommunicauit, Roman. conf. 383. nisi superior fuisset Pōtifex. Tusc. concl. 47. lit. A.

17 Verū si excommunicatus habe ret recursum ad superiorem via appellationis, vel grauaminis superior ante litis ingressum potest & debet appellantem absoluere ad cautelam ante quā cognoscat an bene vel male appellatum, Fideric. de Senis conf. 198. Tusch. concl. 49. litt. A. Et conceditur absolutio prędicta, siue excommunicatio sit particularis, siue contra omnes de certo loco, secus si esset locus generaliter interdictus Fider. de Senis, & Tusch. vbi supra posset etiam superior absoluere, & habilitare ad effectum agendi etiam parte contraria reluctante, & ista absolutio fit ad tempus, scilicet, per triginta dies, vel plus, vel minus ad arbitrium iudicis, Zerola in sua prax. Episcopali in verb. appellatio, & finito illo tempore reincidit in eādem excommunicationem, c. veniens, il 2. de test. & c. de cetero de sententia excommunicationis, Dec. in c. ad Apostolicę extra eodem Zerola vbi supra vers. ad quartum.

18 De modo & praxi quomodo fiat absolutio ad cautelā, & quando concedenda scribit Lazarius in tract. de Canonacis quæstionibus c. 16. sess. 4. Ianuensis in sua prax. Archiepiscopali c. 5. per totum, quos effectus ista absolutio ad cautelā pareat declarat Abb. in c. ad Apostolicę de excep. n. 10.

19 Et 15. qui petit absolutionē ad cautelam regulariter non fatetur se excommunicatum Rota decis. 5. de exception in antiquis decis. 11. de sent. excommunicationis in antiquis dec. 55. n. 2. Inter impressas per Farin. post primum lib. Conciliorum quod non procedit quādo in precibus narratur factum tale, ex quo resultat excommunicationis cōfessio. Farin. vbi supra, Couarr. in c. Alma mater. §. 12. nu. 3. de sent. excommunicationis, casus autem, in quibus quis dicatur excommunicatus ponit Iul. Clarus in §. fi. q. 77. & summa Armilla ponit nonaginta quinque casus quos etiam diffusè examinat summa Syluestrina ideo quādo occurrit facilè poteris ab his videre, quia nos consulto ommittimus ne recedamus ab intentione, & tractatu.

SVMMARIVM Cap. XVI.

1. *Minor non potest esse procurator in iudicio.*
2. *Minor non potest esse procurator, etiā vbi pars non opposuerit.*
3. *Exceptio quod minor non potest esse procurator potest opponi in quacumque parte iudicij, & reddit iuditium retro nullum.*
4. *Minor non potest esse procurator in iudicio etiam in causa dotis.*
5. *Minor potest patrē defendere, & sine mandato pro eo cōparere, & quādo.*

Mi-

6 *Minor si in iudicio ad defensionem patris fuit admissus, an debeat condemnari minor nomine patris, vel Pater.*

7 *Minor si condemnatur pro patre an possit petere restitutionem in integrum.*

DE MINORE AN POSSIT pro alio in iudicio stare. Cap. 16.

1 DE minore, quod non possit esse procurator in iudicio, est tex. in l. minor ff. de procuratorib. l. exigendi, C. eodē l. 1. & 2. C. qui legitim. person. standi in iudicio hab. l. 1. in fi. ff. postulando, latè Carol. Grass. in tract. de except. exceptio. 4. nu. 81. Intrigl. sing. 42. lib. 1. Nicol. Cauolus, qui istos non allegat in tract. communium concl. §. procurator concl. 2.

2 Et hoc intellige, etiam quod à parte non fuisset oppositum, vt tenet Alex. cum Innoc. quem allegat in l. exigendi, n. 23. & ista ex-3 ceptio potest quandocumq; opponi, & reddit iuditium retro nullum Rota Romana dec. 37. aliàs 802. tit. de procurat. in antiquis, & quod iudicium sit nullum, etiā si procedat parte cōsentiente Puteus decis. 155. par. 1. & ante eos Bart. in §. 1 inst. quibus ex causis manum. non licet, Tepatius titu. de procur. ad iudicia col. 11.

4 Ampliatur etiā in causa dotis glo. in auth. quod locum in verbo ætatis vbi Bal. n. 11. C. de collat.

5 Fallit in filio minore cōparente pro patre ad eum defendendū, quia potest quando contra eum posset perueniri ad diffinitiuam, etiam sine mandato comparere, nec cogitur satisdare, vt notat gl. d. l. exigendi in verbo cogitur, potest autem deueniri ad diffinitiuam, quando lis est contestata, & pater est contumax. Idem si minor in casu isto comparet pro matre, & pro alijs ascendentibus secundum glo. in l. si minor ff. eodē, quam gl. reputāt singularem Angel. Alex. & Ias. d. l. exigendi. Item si compareret pro transuersalibus suis vsq; ad quartum gradum Alex. Ias. & alij ibi.

6 Sed pone quod filius fuit in iudicio admissus ad defendendum patrem absentē contra quem erat lis contestata, finito processu an Iudex debebit ferre sententiam cōdemnatoriam contra patrem an veró contra ipsum filium dubiū facit, quia quādo lis est contestata cum domino si postea comparet procurator debet ferri sententia cōtra dominum, & non cōtra procuratorem, l. 1. cum glos. C. de sent. & interloquut. omnium iudicum.

Veritas est, & ita communiter tenetur quod debet ferri sentētia cōtra ipsum filium ex quo plenā defensionem pro patre suscepit, per tex. in l. liberto, §. fi. ff. de neg. gestis

gestis. Iaſ. in d.l. exigendi n. 22.

Sed ſi filius minor cõdemnatur, an poſſit reſtitui in integrum aduerſus ſentẽtiam gl. d. l. exigendi tenet quod non, propter duas rationes.

Prima, quia tunc minor repreſentat maiorem.

Secunda ratio, quia reſtitutio non prodeſſet ſibi, ſed alij hãc gl. ſequuntur Paul. Bald. & Iaſ. in d. l. exigendi.

Eſt verum, quod ſi ſententia exequitur contra filium, filius habebit regreſſum cõtra patrem per actionem negotiorum geſtorum, quãdo vtiliter facit, vt d.l. liberto §. fi. ex quo infertur, quod ſi quid filius inutiliter defendẽdo feciſſet non noceret Patri, ſed ſibi ipſi, & tunc bene poſſet filius petere reſtitutionem in integrũ ſecundum Alex. d. l. exigendi n 25.

SVMMARIVM Cap. 16.

1 *Mulier non poteſt in iudicio eſſe procuratrix.*

2 *Mulier, etiam pro marito non poteſt eſſe in iudicio procuratrix.*

3 *Mulier ad negotia poteſt eſſe procuratrix.*

4 *Mulier quibus in caſibus poteſt eſſe procuratrix in iudicio.*

5 *Mulier quotuplex poteſt habere patrimonium.*

6 *Mulier de iure communi Romanorum pro bonis aduentitijs, & parafrenalibus poteſt pro ſe in iudicio comparere.*

7 *Agere, & conueniri in iudicio poſſunt omnes, qui non ſunt nominatim prohibiti de iure.*

8 *Mulier vbi agitur de bonis dotalibus etiam de iure communi Romanorũ non poteſt in iudicio ſtare abſq; viri interuentu.*

9 *Mulieres etiam virum habentes poſſunt abſque viro de iure communi Romano quoſcumque contractus facere viro inſcio inuitoq; contrahere, & ſua bona alienare.*

10 *Mulier de iure Romano non tranſit in poteſtatem viri, niſi quo ad debitum carnis.*

11 *Mulier de iure Romano poteſt pro bonis parafrenalibus, & aduentitijs pro ſe ſola comparere etiam quod maritum habeat.*

12 *Mulier de iure Longobardorum, ſiue maritata, ſiue non maritata non põt ſine mundualdo contractus facere.*

13 *Mulier de iure Longobardo ſi fuerit coniugata prohibetur etiam facere actus vltimæ voluntatis ſine interuentu mundualdi.*

14 *Mulier virgo, vel vidua poteſt pro anima ſine mundualdo vſq; od tertiam diſponere.*

15 *Mulier maritata de iure Longobardo quomodo differt à vidua, vel virgine.*

16 *Mulier ſicut de iure Longobardo nõ poteſt contrahere ſine mundualdo ita non poteſt in iudicio ſtare.*

17 *Mundualdus mulieris maritatæ quis dicatur.*

Mu-

DE MVLIERE AN PRO alio, vel pro se possit in iudicio stare. §. 111. Cap. XVII.

1 DE muliere, vt non possit ad judicia esse procuratrix, ex text. in l. neque femina, ff. de procur. l. 2. ff. ad Senat. consult. Velleian. c. suscitatus de rescriptis, cap. infamis, §. tria 3. q. 7.

2 Ampliatur regula prædicta, vt neq; pro marito mulier possit suscipere mandatũ ad iudicia, neq; alium substituere habilem parte opponente, Signorol. consl. 129.

Ampliatur 2. quia mulier non potest suscipere alienam defensionem in iudicio pro alio agendo, neq; excipiendo si opponatur Signorol. d. consl. 129. n. 3.

3 Limitatur 1. si constitueretur ad negotia, nam licet mulier non possit esse procuratrix ad iudicia poterit tamen esse ad negotia, tex. est in l. 3. §. 1. ff. de negot. gestis.

Limitatur 2. si fuerit constituta in rem suã, vt colligitur, ex tex.

R in

in l.quia te.C.de procuratorib.

Limitatur 3.si mulier esset procuratrix suorum parentum in necessitate constitutorum, l. feminas, C.eodem.

Limitatur 4.in causis in quibus suorum filiorum tutelam gerit, vt l.fi.C.quando mulier officio tutelæ fungi potest, c. ex parte extra de appellatione.

Limitatur 5. cum agit pro liberando filio ex captiuitate, vel pro liberando patre, fratre, aut alio quocunque sibi sanguine iuncto, l.3.ff.de liberali causa.

Limitatur 6. pro miserabilibus personis, pupillis, viduis, & similibus. Bart.in tract. Inter demonẽ, & virginem Mariam, n.6.per tex. in c.sunt autem 3.q.7. Et Ianuensis in tract.practicabil.Ecclesiastica q.436. in fi. tenet quod etiam pro Ecclesia in iudicio potest esse procuratrix.

Limitatur 7.vbi proceditur de bono, & ęquo, prout in regno nostro, vt sæpius dixi, quia ista exceptio, est de apicibus iuris, vt doctissimè Dec. examinat in l. feminę ff.de reg.iur.n.16. vers.vltimo fallit.

Vltimo notandum semper est, quod mulier, licet ad iudicia non possit esse procuratrix, si tamen fuisset admissa gesta per eam valent, vt notat Fidericus de Senis conf. 270. & Oldrad. conf. 130. num. 8.

Vidimus quando mulier pro alio in iudicio stare possit, vel nõ, videamus an pro se mulier in iudicio ciuili, siue criminali legitime stare possit, † nam mulier triplex habere potest patrimonium: habet, seu habere potest dotes, seu bona dotalia, cuius quippe dominiũ constante matrimonio, & administratio cũ fructibus est penes virum, l.doce ancillam, C. de rei venditione solet secũdo habere bona, quæ viro traduntur vltra dotes, & dicuntur parafrenalia, apaia, quod est iusta, & pherna, quod est dos, quia à muliere inferũtur iuxta dotem in domum viri, & istorum maritus est legitimus administrator, & procurator, & pro eis in iudicio maritus potest comparere absque cautione rati, vt dicemus suo loco, & est text.in l.maritus vbi omnes C.de procuratoribus & in l.fi.vbi Bal. & Saly. C.de pactis conuent. canonistè in c.constitutus de procuratoribus, & ista bona mulier potest ad libitũ á posse mariti quandocunq; ad se aduocare, & a manibus mariti auellere, secundum Bal in l.vbi adhuc C. de iure dotium, & in l fi.C.de pactis conuẽtis, Iaf.conf.197. vol.2. & de fructibus consumptis istorum bonorum in communem vsum non tenetur maritus, sed eos lucratur, Bal.conf.464.lib.5.late Vrsill.ad Affl.dec.44. solet & tertio habere mulier bona, quæ non sunt uiro traddita, sed incõstantia matri-

trimonij sunt mulieri relicta, seu donata, & in istis maritus non habet dominium, vt in dotibus, nec administrationem, vt in parafrenalibus, sed dicuntur aduentitia, in quibus maritus nil iurisdicitur habere hanc bonorum distinctionem faciunt omnes, & preciſè Viuius dec. 17. nu. 11. lib. 1. Ante eum Cumanus conſ. 105. nu. 4. Vrſill. in add. ad Affl. dec. 44. n. 3. vbi citat Caſſaneũ Iaſon. & alios, ſed quid ſi vxor paſſa eſt per maritum iſta bona aduentitia adminiſtrari, & per multos annos percipere fructus, an cẽſeatur remiſiſſe fructus conſumptos pro communi vſu, ſunt vidẽdi, Cumanus conſ. 105. & Affl. dec. 44. vbi Vrſillus citat multos.

Qua diſtinctione ſic ſtante dum quærimus an mulier poſſit in iudicio pro ſe ſtare. Diſtinguendũ eſt loquendo in cauſa ciuili, aut loquimur de iure communi Romanorum, aut de iure communi Longobardorum.

6 Si loquimur de iure communi Romanorum, & concludimus mulierem vbi agitur de bonis aduentitijs, & parafrenalibus poſſe in iudicio pro ſe comparere, quia eo iure non reperitur prohibita, & regula eſt, vt quilibet in iudicio admittitur, qui expreſſe non

7 reperitur prohibitus agere enim, & conueniri poſſunt omnes, qui nõ ſunt nominatim prohibiti de iure, ita Petrus de Greg. ſintaſma tum iuris vniuerſi p. 3. lib. 43. c.

8 2. Oſaſc. dec. 62. n. 14. vbi,† vero ageretur de bonis dotalibus non poſſent mulieres in iudicio ſtare, abſq; virorum interuentu, & authoritate, vt notat Maſuerus in ſua praxi titulo de contumacia, §. item, & idem eſt in vxore, & §. ſequenti, & quod mulier maritata pro dotibus ſi litem habet cũ tertio non poſſit ſine viro agere, vel conueniri tenet etiam Pet. de Gregor. cum Maſuero, vbi ſupra n. 8, ſubdens vxorem in controuerſia rerum dotalium vocari debere in iudicio cum authoritate mariti, Oſaſc. d. dec. 62. nu. 13. quod eſt etiã hoc de iure fundatum, quia maritus dotalium bonorum matrimonio conſtante, eſt dominus, & poſſeſſor merito omnino citandus eſt iuxta tex. in l. meminerint C. vnde vi, in reliquis vero mulieris bonis, nec dominiũ, nec poſſeſſionem maritus dicitur habere,

9 & ideo ſicut mulieres etiam virũ habentes poſſunt abſque viro de iure Romano pro rebus aduentitijs, & parafrenalibus quoſcumq; contractus facere, illoq; inſcio, inuitoq; contrahere, ſuaq; ipſius bona alienare, vt colligitur, ex tex. in l. velles vbi Doctores omnes C. de reuocãdis donationibus Bald. conſ. 130. lib. 4. Ang. conſ. 364. facit etiam tex. in l. ſi vxor C. de pignorib. Tiraq. de legibus cõnubial. gl. 8. n. 5. nam de iure communi Romanorum in his rebus

R 2 ma-

maritus nullam possessionem habet, nec communionem, vt tenet Luc. de Penn. in l. quicumq; C. de re militari, lib. 12. per tex. in l. hac lege C. de pactis couentis, † & isto iure mulier non transit in potestatem Viri, nisi quo ad debitum carnis, l. sicut ff. de operis libertorũ, l. si vxor C. de cond. insertis, sed manet in potestate patris, ut tenet Luc. de Penn. ibi, & ideo vxor magis dicitur subesse viri affectui, quam potestati, l. 1. ff. siue autem in verb. spectat enim ff. de in iurijs, & in auth. de æqualitate dotium, §. pen. vers. sin autem sub potestate.

10

11 Ita posset in iudicio pro bonis prædictis mulier comparere, etiã inscio inuitoq; marito, nam in iudicijs quasi contrahitur, vt docet text. in l. 3. ff. idem scribit & in l. depositi, §. 1. ff. de peculio specula tor tit. de actore ver. quid si iurãt; & qui potest de per se contrahere potest quasi contrahere, Osascus vbi supra.

Et in dotalibus sicut non possunt in iudicio stare ita non possunt contrahere sine interuentu viri, etiam super tertia, quæ competit de iure consuetudinario Regni, ita Giurba gl. vndecima, c. 1. p. 1. fol. 176.

12 Si loqmur de iure Lõgobardorũ. Mulier, siue maritata, siue nõ maritata non põt sine mũdualdo cõtractus facere, vt colligitur ex constõne Regni obscuritatẽ tit. de in integrũ restitutione mulierum, † & mulier coniugata prohibetur non solum facere actus inter viuos, sed etiam actus vltimæ voluntatis sine interuentu mundualdi, vt colligitur, ex glo. in l. si qua mulier in Longobarda de sanctimonialibus in verb. cæterum hoc tenet alia, Glo. in Longobarda qualiter mulieri alienare permissum sit, l 1. ibi mulier sine mundualdo, nec potest viuere, nec vitã ducere, imò dicere potest morior sine mundualdo, Affl. decis. 260. sicut piscis sine aqua, † mulier vero virgo, vel vidua ex dispositione d. l. si qua mulier potest vsq; ad tertiam absq; mundualdo pro anima disponere. † Nam differentia est inter alienationẽ, quę fit à maritata, & eam quæ fit à muliere non maritata, primo casu ad hoc, ut valeat, requiritũ consensus mundualdi, & duorum cõsanguineorum, vel trium ipsius vxoris alioquin nõ valet alienatio, vt d. l. si qua mulier, secundo casu sufficit consensus mundualdi tantum. ita declarat Carol. glosator in d. l. si qua mulier repetit Affl. vbi sup.

13

14

15

16 Et sicuti stante statuto quod mulier maritata non possit cõtrahere sine interuentu mariti non posset etiam in iudicio comparere sine interuentu mariti, ex quo in iudicio quasi contrahitur, vt tenuerunt Cassaneus in consuet. Burg. titu. des droitzer. appartinancesa gens maiores. in text. ibi

Nec-

Neestre ingement ∫.1.fol. mihi n.30.Boerius super consuet. Bitu ricensf.in §.4 in consuet.statuts,& iure personarum Petr.de Gregor. lib.49.c.2.nu.8.fintasmatum iuris vniuersi, Tiraq. Paul.de Cast. & Dec.quos Intrigl.sing.290.l.1 ita ståte dispositione iuris Lõgobardi quod mulier nõ possit contrahere sine interuentu mundualdi non poterit de eo iure sine műdualdo in iudicio comparere maximè maritata, q̃ non põt viuere, nec vitam ducere sine mundualdo, imo dicere potest morior sine mundualdo sicut piscis sine aqua vt supra dixi.

17. Si vis videre quis dicatur mundualdus mulieris maritate lege Luc. de Penn. in l. quicumq; militum, C. de re militari, lib.12. vbi quod primus mundualdus est pater in cuius defectu frater, in cuius defectu maritus. Giurba etiã notat in cons. Mossane c. 1. gl. 9. p.1.num.27.

18 Regula autẽ quod mulier non possit contrahere absq; mundualdo fallit in multis casibus etiam de iure Longobardo quos notat Vrsillus ad Affl.dec. 260.& precisè, vbi cõtractus esset mulieri vtilis, quia valet etiam sine interuentu mundualdi ne quod fauore introductum est retorqueatur in odium Doctores quos Giurba refert d.loco n.28.

Item etiam eo iure non requirit műdualdus si fuerint mulieres Illustres Capibl.pragm.3.n.110.

19 Si vis videre istud ius Longobardorum, vnde originem traxit, & si hodie sit in vsu lege Robert. Maranta in suo specul.aureo p.3. n.94. vbi etiam disputãdo ad partes adducit fere omnium decisiones tenentium quod in Regno præsumitur viuere iure Longobardo,& aliorum tenentiũ quod præsumitur viuere iure communi Romanorum tandem concludit quod ius Romanorum præsumitur in uiridi obseruantia, & secundũ illud omnes in Regno præsumuntur viuere, & dicẽti quod in sua ciuitate uiuatur iure Longobardorum incumbit onus probandi hanc eamdem opinionem tenet Affl.in cõst.puritatem n.9. Luc.de Penn.in l.1.C.de conduc. & procur. lib. 11.vbi subdit quod leges Longobarde non merentur dici leges, sed fœces Odofred.in auth.dos data, C.de donationibus ante nuptias, vbi dicit quod lex Longobarda non est lex, nec ratio,& quod recessit ab aula, Isernia in c.1.∫.fi. de nat.feud. dicit quod ius Lõgobardorum est ius asininũ, & caret ratione, & quòd seruetur ius Romanorum tenet & probat Intrigl. de feudis cent. 1.q.6.n.25.26.& licet Pern.cõs. 1. velit quod in regno Siciliæ viuimus iure Longobardo contrarium tenẽt prædicti, & cannetius in extrauaganti si aliquẽ cap. sed præstat quærere fol.mihi 271.

De

De iure, & dispositione cõstitutionis Regni sub titulo de part. prorog. term. datum a iudice in constit. quę incipit mulieres disponitur per hæc verba ibi mulieres ad curiam nostram, vel alicuius officialis nostri pręsentiam ve nientes nullatenus admittantur, sed in ipsarum pœnam quod præsentari se conspectibus publicis non verentur expediri eas prius quam ad propria redeant prohibemus, nisi tãta personarum, vel rerum inopia prægrauẽtur quod in aliorũ defectu ipsas oporteat personaliter laborare. Et ex ista constitutione colligitur quòd femine non deberent venire coram officiali domini Regis, etsi venerint in eorum pęnam denegatur audientia, nisi essent paupercule, quæ solent personaliter laborare ratio autẽ istius legis esse potuit, quia vt plurimum femine contra propria commoda habent consilium, vt dicit text. in l. si pater, in fi. C. de sponsal. Item quia fœmine vagare non cõuenit, nec virorum cętibus se immiscere, c. mulieres de iud. lib. 6.

Sed ista constitutio hodie in causis ciuilibus nõ est in vsu, quia quotidie videmus virgines, viduas, aliasq; mulieres in iudicio pro se comparere, & fiunt processus, ac proferuntur sententiæ con stitutione non obstante verum quod ex forma cõsuet. Panor. 12. mulieres Panormitanæ virgines coniugatæ, vel viduæ ad curiam venire non coguntur, sed possũt agere, & se defendere per propin quos, vel procuratores earum, & dicit consuetudo quod non coguntur venire si tamen venerint non deberent repelli.

21 In causa autem criminali mulieres maritate si fuerint accusate etiam de crimine capitali possũt cõparere per suũ maritũ, vel per alium suũ procuratorẽ sufficiẽter instructũ, q habeat speciale mãdatũ, siue ipse mulieres accusenť ab alio, siue alios accusent suã iniuriã prosequẽdo, & sic infertur quod Iudex nõ potest dicere veniat mulier personaliter ad respondẽdum causæ capitali, vt colligitur ex cõ stõne, vt vniuersitas accusata, & mulieres in criminalibus causis possint ordinare procuratorem, vbi Affl. & omnes Viuius dec. 112 nu. 4. dixi cum speciali mãdato, quia nõ posset etiam procurator generalis cum libera pro muliere admitti si non habet speciale mãdatum And. de Isern. in constit. si quis imposterum, & Affl. vbi sup. nu. 11. & 12. dicit Affl quod hoc priuilegium habẽt mulieres maritate propter pudorem, & verecundiam, & quod dixit de muliere maritata Ampliat in moniali claustrata, quia monialis pro cau sa criminali potest defendi per procuratorem, & nõ debet extrahi à monasterio.

Sed an viduæ possint si suam,

vel

vel suorum iniuriam prosequantur in iudicio capitali etiam per procuratorem cōparere, uel ubi fuerint accusate. Dic quod sic, quia donec est uidua dicitur permanere in matrimonio, l. fi. C. de bonis maternis, Salycet. in auth sacra, C. quādo mulier tutelæ officio fungi potest, Bal. in l. uoluntas, C. de fideicom Afflict. vbi supra n. 18. Viuius dec. 112. n. 4.

Quinimo uoluit Io. Franc. Prouinzalis in l. licet C. de procuratorib. quem sequitur Muta c. 12. cōsuet. Pan. nu. 18. quod in criminalibus etiam à relegatione supra mulieres possunt per procuratorem comparere.

Ex forma autem cōsuetudinis Panormitanæ sub c. 12. mulieres uirgines cōiugatę, uel uiduæ ad curiam uenire ad accusandum, siue agendum, uel respōdendum non cogūtur, sed in accusando agendo, uel defendendo per propinquos, uel procuratores earū recipi debet quos si forte non habeant in ipsorum defectu eis per curiam tribuantur.

Vidimus quomodo mulieres in iudicio si litem haberent cum extraneis stare possint videamus quid iuris vbi mulier litem haberet cum proprio viro, idest marito.

22 Potest autem mulier cum viro habere lites cōstāte matrimonio pro assecuratione suarum dotium iuxta dispositionem, tex. l. si constante, ff. soluto matrimon. & in l. vbi adhuc C. de iur. dotiū ex quibus iuribus colligitur quod si cōstante matrimonio vir ad inopiā vergeret mulier assecurari debet, de suis dotibus, & dodario pōtq; agere cōtra maritum pro illis assecurandis quos text. bene declarant Affl. dec. 199. Rolan. cons. 9. lib. 1. Barbosa d. l si constāte Ang. in §. fuerat instit. de action. pract. Papiensis in forma libelli quomodo vxor agat ad dotes in gloss. in verbo vxor & ī numeri DD. quos Giurba allegat, & sequitur dec. 16 nu. 1. Est verum quod si mulier stetit per decem annos postquam maritus cępit vergere ad inopiā & non petijt assecurationem dotium dicitur exclusa a petitione, & ex actione suæ dotis ob uergentiam ad inopiam, Raffael Cumanus cons. 92. Incipit uiso subscripto casu refert Marsilius cons. 82 nu. 46.

23 Ista assecuratio potest etiā fieri ex iudicis officio, & nemine petente, ut tenet Asinius in tract. de exequutione, §. tertio, c. 112. & potest mulier assecurationem petere non solum agendo, sed etiam excipiendo in iudicio moto per creditores mariti etiam mortuo uiro, si fuerit hæres uiri, & fecerit inuentarium, Mariscott. c. 121. n. 22. lib. 2.

24 Et in casu prædicto distinguendum est, aut mulier agit cōtra maritum, & cōstito de inopia potest exe-

exequutiue procedere, vt tenuerunt DD. quos allegat, & sequitur Mastrill. dec. 142. n. 22. Giurba dec. 16. nu. 8. quidquid dicat Muta.

25 Aut mulier agit aduersus tertium possessorem bonorum, quæ fuerunt sui mariti, & tunc distinguendum est, aut agit actione hypotecaria, & necessaria est excussio aliorum bonorum mariti. Nã licet in Regno procedatur de bono, & æquo sola facti veritate inspecta, quo casu secundum opinionem, Crauet. conf. 198. & Cornei conf. 55. n. 3. Marsilij de fideiussoribus. ver Idem dicitur, Gratiani dec. 71. n. 1. & seq. Ioseph Ludoui. dec Peruf. 45. n. 8. Mastril. dec. 109. n. 4. Surdi dec. 32. n. 14. & 15. Feliciani de censibus in nouissimis addit. n. 9. 180. Idem Mastrill. dec. 171. n. 12. multos alios allegat Mantica de tac. & ambig. conuẽtionibus, lib. 16. tit. 16. n. 3. non est necessaria excussio bonorum principalis debitoris maxime in causa dotium per allegata a Baldo nouello de dotium priuilegijs priuileg. 37. p. 8. per Romanum in l. si cõstante soluto matrimonio, Mastrill. alleg. dec. 109. num. 3.

Tamẽ magis communis, & vera opinio est quod ẽt vbi proceditur de bono, & æquo sola facti veritate inspecta, & quod essemus in causa dotium necessaria est excussio bonorum mariti, & principalis debitoris, iuxta tex. in auth. hodie C. de pignoribus. & auth. hoc si debitor eodem ratio est, quæ licet de bono, & æquo procedatur in causa, tamẽ huiusmodi exceptio, quæ competit bonorum possessoribus hẽt etiam æquitatem, vt notat Bar. in l. si constãte n. 71. ff. soluto matrimonio Alex. Turamin. tract. de legibus c. 7. nu. 7. cũ seqq. lib. 1. Io. Crotus in d. l. si constante n. 100. ver. secundo quæritur Bar. & l. 1. §. si quis simpliciter n. 2 & 3. ff. de verb. obligat. pulcherrime tenet Mantica de tac. & ambig. conuentionib. lib. 16. tit. 16. n. 4. ver. vnde hæc exceptio, Surd. conf. 513. n. 3. Menoc. conf. 361. n. 25. & de arbitrarijs q. 51. nu. 4. cum multis sequentib. Natta cõs. 521. n. 13. lib. 3. Osasc. dec. 2. in fi. Vinc. de Franch. decis. 270. Thesaur. dec. 51. n. 3. & dec. 53. nu. 4. Castigl dec. 17. n. 47. cum seq. Rota Lucensis per Magon. decis. 66. n. 6. Rota Bononiensis 68. in fi.

Est verum quod si notorię constaret maritum, aut eius hæredẽ non esse soluẽdo non esset necessaria excussio, gl. in l. si ff. si certũ petatur gl. & Bar. in l. decem ff. de verb. oblig. & in l. nisi hoc actum. ff. de pactis, Bar. in l. 3. §. si is pro quo st. quod quisq; iuris, Ang. in l. 2. ff. qui satisdare cogantur. Bal. Roman. & alij quos allegat & sequitur Fernandus Vasq. controuersiarum Illustrium lib. 1. capit. 4. num. 1. & ideo in eodẽ processu

qui

qui fit cõtra tertium possessorem poterit discussio, & probatio fieri, ut testantur seruari in M.R.C. nostra Mastrill. dec. 118. n. 11. & Castigl. dec. 17. n. 48. & similiter si principalis difficiliter posset cõueniri, & in discussione bonorum ipsius adesset magna difficultas posset mulier non facta discussione, etiam contra tertium agere, Gamba dec. 21. n. 3. puta si bona sint in longinqua regione, ita vt excussio difficilis redderet̃ nõ est necessaria, Bald. in l. si ego quæ est vltima, ꝗ. j. ff. si cert. pet. sequitur Alex. conf. 84 nu. 8. lib. 3. Rimin. iun. conf. 402. n. 16. & similiter si principalis sit diues, & maneat in aliqua arce, ita vt difficile conueniri possit ommissa excussione agi potest, Mantica de tac. & ambig. lib. 16. tit. 16. n. 2.

26 Aut agit mulier contra tertiũ remedio Saluiani interdicti, & secundum infrascriptos doctores non requiritur excussio, Socy. senior conf. 80. Incipit in quæstione lib. 3. quem sequitur Crauetta conf. 201. n. 44. Rol. conf. 9. n. 39. & conf. 14. n. 14. lib. 1. Menoc. de adipiscẽda possessione reme. 3. n. 180. Bursat. conf. 32. n. 45. lib. 1. Ludouic. dec. Perus 45. n. 13. Gabriel in tit. de fideiussoribus concl. 1. n. 208. Surd. conf. 4. n. 36. & 51. vbi testatur de communi opinione.

Contrariam sentẽtiam ego teneo quòd scilicet, etiam quod fuerit tentatum remedium Saluiani interdicti excussio sit necessaria, contra dictos doctores ratio, est quia si esset vera opinio prędicta subuerteretur in totum dispositio authenticę hoc si debitor, vt dicit Natta in conf. 521. & repetit Thesaur, dec. 175. nu. 5. & ius consisteret non in re ipsa, sed in verbis, & subtilitate aduocatorũ, qui in libellis inscribunt se intentare magis Saluianum, quam hypotecariam quam opinionem cõtra Socy. tenuerunt Natta d. cõs. 521. vbi per multas columnas reprehendit Socyn. Bertrand. conf. 113. n. 7. vol. 3. quem sequitur Bellon. conf. 34. n. 8. & 9. Calcaneus conf. 29. n. 5. latissime Becc. conf. 89. n 16. & dicit hanc veriorẽ opinionem, & æquiorem Thesaur. vbi supra, & respondet contrarijs, & subdit sic fuisse decisum per illum Senatum, & ab hac opinione ego non recederem in iudicando, & consulendo, ex quo exceptio excussionis, vt supra dictũ est fundatur in æquitate, quæ ratio æquitatis militat, in vtroque casu merito seruari debet eadem iuris dispositio.

27 Est verũ quod mulier non posset impedire exequutionem tertij creditoris mariti sub prætextu vergẽtię viri ad inopiã, nisi prius obtinuerit, seu ꝓbauerit quód sit locus restitutioni, Socy. conf. 111 n. 4. lib. 3. Vrsill. ad Affl. dec. 199. Milanen. dec. 12. lib. 2. in fi. Bar. in

S l. 2.

l.2.ſolut.matr.Surd.deciſ.218.& &dec.256.etiam quod mulier haberet bona mariti obligata per cõſtitutum, & precarium quidquid dicant Vrſill.in Add.ad dec. 199.Affl.& Gram.dec.92.Nã cõtrarium fuit deciſum etiam per cõſilium Neapolitanum,vt refert additio adeundem Afflic. relatum per Grammat.d.dec.199. refert, & ſequitur Marcel.Cala de modo articulandi gl.vnica,§.2.n.154.

Nec ſufficit aſſertio mariti dicentis ſe uergere ad inopiam in creditorum præiudicium, ut tenent DD.quos Ciurb. dec.24.n. 4.Surd.couſ.326.n.22.& dominus meus del Caſtillo deciſ. 110. vbi etiam examinat an poſſit fieri reſtitutio poſt inceptum iuditium exequutiuum ad inſtantiam creditoris contra maritum.

28 In hoc iudicio aſſecurationis ad hoc, vt mulier obtineat ſufficit articulando probare qualiter bona ſui viri nõ ſunt ſufficientia ad exactionẽ dotis, nam per hoc fundata erit eius intẽtio, niſi per aduerſariũ cõtrariũ probeť Bar. ĩ l.ſi conſtante,n.10.ver.ſed nõ eſſe tot bona, ff.ſolut.matr. ſed quod imò requirať quod teſtes expreſſe dicãt quod eſt manifeſtum maritum vergere ad inopiam,tex.eſt in l.in rebus,§.uis,in fi. C.de iure dotium, vbi Bar.ſibi contrarius, ita notat tex.illum refert & ſequitur Alex.in l.ſi cõſtante, n.16. ff. ſolu.matr.manifeſtè maritum vergere ad inopiam tunc dicitur ſecundum Rolan.conſ.9.vol.1.nu. 15.vbi cõſtaret per inſtrumenta.

Item maritus vergere ad opiã probari poterit per vulgi opinionem, latè Maſcard. to. 2. de probat.concl.1016

Item poterit fieri articulus qualiter maritus male, & perdite vtitur ſubſtãtia ſui Patrimonij prodigaliter viuendo puta vendẽdo, & dilapidando bona,l.is qui,§.ſi ff.de tut.& cur.datis ab his. Sed vtrum mulier habet neceſſe probare quod maritus poſt contractum matrimonium deteriorauit conditionem ſuam quidquid dicat Bar.in d.l ſi conſtãte, Bal. tenuit mulieres neceſſe habere probare quod maritus poſt cõtractũ matrimonium peiorauit conditionem ſuam d.l.ſi conſtante,nu. 2.Io.Andr.in add.ad ſpec. tit. de dote poſt diuortium reſtituẽda, Marcell.Cala de modo articulandi,gl.vnica,§.2.n 153.

29 Sed an per reſtitutionem dotium,quæ fit conſtante matrimonio ob uiri vergentiam ad inopiã dominium transferatur in vxorẽ quod non tenuerunt Affl. dec.9. Oſaſc.dec.135. Grammat. dec.92 & ita ſemper fuiſſe practicatum in Regno Neapolis refert Vinc. de Franch.deciſ.617.& in numeri alij Doctore quos Giurba dec.16 n.2. Molfeſ. ſuper conſ. Neap. p. 6. q.5.n.28.

Contrariam opinionem tenuit

Me-

Menoc.conf.1124.n.23.vbi enumerat vndecim doctores tenētes ex restitutione facta mulieri ob uiri vergentiam ad inopiam trāsferri dominium dictaq; restitutio appellatur vera restitutio, & alij quos Milanens.dec.7.n.65.lib.1. Castill.dec.24. & Giurba d.dec. 16.n.6.vbi n.9. tenet quod sit vera, & propria restitutio maximè quando bona, (quæ ob viri inopiam constāte matrimonio mulieri restituuntur) tantę sunt extimationis quantā est dos, & dec. 24. n.19.tenet stantibus verbis dedit tradit dimisit transtulit cessit, & relaxauit dicatur translatum dominium bonorum pro dotibus, & dodario assignatis.

30 Ista dotis restitutio potest etiā fieri constante matrimonio, & sine causa non obstante dispositione tituli C.si dos cōstante matrimonio,& benè examinat Molfes. super consuet. regni Neapol.p.6. q.8.& conf. 11.nu.42. est verum quod si fieret mulieri perditure, maritus,seu eius hæredes tenētur iterum restituere,&solum mulier pro bonis restituris,sine causa tenetur, vbi facta esset locupletior per restitutionem, vel dum bona restituta non essent in aliqua parte consumpta, secundum gl.in l. 2.in princ.ff.solut.matrim. Bald. Nouell.p.8.priuil.21.Paul.Emil. Gallus in tract.de excep.tit.5.except.16.seu 4.p.2.fol.301.n.56. si vero maritus soluerit dotem ex causa necessaria etiam remedio,l. si constante tunc liberaretur ipse, & sui hæredes, per text. in auth. quod locum C.de collationibus, idem Gallus ibi n.53. Surd.de aliment.titu.8. priuil.24. quidquid dicat Intrigl.sing.115.lib.2.

31 Poterit etiam mulier constāte matrimonio agere,& dotes cū dotario repetere,si mariti bona con fiscārur etiā pro crimine lesę maiestatis, qa quāuis pro crimine lesę maiestatis delictū patris nocet filijs,vt vulgata l.q.quis,C.ad l.Iuliā maiestatis nō tñ tale delictum, si fiat à marito nocet vxori quin habeat dotes,vel quartā,quę succedit loco dotis ex bonis viri con fiscatis,Soc.cōs.121.n.16.vol.4. Fabian.de pep. in auth. Prærerea n.113.C.vnde vir & vxor Plor.cōs. 130.n.47.ro.1.crim.diuers.Corduba in l.si quis à liberis, § si quis ex his,nu.49. ff.de lib.agnoscendis, Honded.conf.93.n.10. vol.1. Io. Ant.Mangil.in tract.de imputat. q.181. non enim debet pati vxor pro delicto mariti, l. ob maritorū C.ne vxor pro marito,& ideo viro bannito statim dotes, & dotarium petere potest, quia exilium paupertatem inducit, gl. in auth. de exibendis, & intromittendis reis, Alex.in l.si cum dotem,§ si maritus,ff.solu.matrim. Roman. conf.187.etiam si bona non publicarentur Bart. in l.si is stante ver. quinto quæro, ff.solut.matr. Follerius in sua praxi criminali sub titulo

tulo annotentur bona contumacis, n. 23. Affl. in constit. regni pœna. Paris de puteo in tract. sindicatus in ver. publicatio bonorũ fol. 253. Surd. de alim. tit. 1. q. 34. per tot. & q. 36. nouissime Mastr. dec. 283. li. 3. vbi ẽt de assecuratione dodarij. Idem etiã dicendũ vbi maritus fuisset condemnatus ad remigãdum mulier potest agere, vt assecuretur de dotibus, & dodario, Carocc. dec. 106. Mastrill. vbi supra, n. 8. & similiter si maritus fuisset deportatus potest etiã vxor assecurari de dotibus, Molfes. super consue. Neapolis tit. de iure dotium p. 6. q. 5.

32 Sed an mulier pro sua dote præferatur si fuerit anterior creditoribus priuilegiatis priuileg. l. licet. C. qui potiores in pignore, ac etiã habenti priorem, & tacitam ratione mutui ad refectionem predij hypoticati facti; Castigl. lib. 3. cõtrouer. c. 8. n. 27. Mantica de tac. & ambig. tit. 23. lib. 11. n. 7. Gratian. discept. c. 257. n. 33. Barbos. in 6. p. legis 1. ff. solut. matri. Gutterez lib. 5. pract. quæst. 99. n. 21. & quid quãdo mulier comparuit pro dote, & dominus locator pro pensione quis præferatur, Vinc. de Anna sing. 191. Gaspar Thesau. q. 71. in fi.

33 Item mulier constante matrimonio posset etiam contra tertiũ agere si maritus alienasset bona dotalia pro illis recuperandis, tãquam alienatis cõtra formam iuris posset iudicis officium implorare, & agere Barbosa in 5. p. legis 1. nu. 29. ff. sol. matrim. Gutterez de iuramento confirmatorio c. j. p. j. nu. 107. & est optimum consilium Castrensis cons. 455. nu. 6. ver. leditur & 3. vol. 2.

Sunt & alij casus in quibus mulier potest constante matrimonio recuperare dotes quos Surd. de alimentis tit. 1. q. 34. & q. 36.

Vltimo si vis videre an mulier possit iudicare, & quando, & an possit postulare, & si in eam possit fieri compromissum, & in quibus causis nõ dicatur persona legitima, vide Dec. in l. femine, ff. de reg. iuris.

SVMMARIVM Cap. 18.

1 *Monacus, seu frater, aut Religiosus non potest esse procurator sine cõsensu suorum superiorum.*

2 *Monacus, seu frater etiam de consensu superioris non potest esse procurator alterius monasterij, seu conuentus, qui non fuerit sue religionis.*

3 *Monacus, seu frater etiam pro suis negotijs non potest sine consensu superiorum in iudicio comparere.*

4 *Monacus de consensu superioris potest pro se, vel pro suo monasterio in iudicio comparere.*

5 *Monacus, seu Religiosus potest etiam sine consensu superioris se defendendo in iudicio comparere.*

6 *Abbas, siue prior possunt pro se in iuditio stare.*

Mo-

7 *Monacus, siue frater potest in iudicio comparere etiam sine authoritate superioris vbi accusaret Abbatem, seu Priorem.*
8 *Monacus in causa suæ electionis potest in iudicio sine superiore comparere.*
9 *Monacus si petit restitui ad claustrum potest in iudicio sine superiore comparere.*
10 *Monacus, qui habet administrationem potest in iudicio, sine superiore comparere.*
11 *Monacus vbi Abbas esset absens, & periculū est in mora potest sine Abbate comparere.*
12 *Monacus si Abbas fuerit cerceratus potest pro excarcerando comparere.*
13 *Juditium cum monaco claudicat, quia si monacus obtinet valet si autem non obtinet est nullum.*
14 *Monacus, seu frater in particulari nō potest in causa ciuili conueniri.*
15 *Abbas, seu Prior, aut yconimus monasterij hodie coram quo pro causa ciuili debet conueniri.*
16 *Laycus si fiat monacus vbi debet conueniri.*
17 *Monacus, seu frater in causa criminali in figura iudicij coram quo debet conueniri.*
18 *Prælati regulares habent iurisdictionem ordinariam, & possunt procedere ad punitionem contra suos religiosos delinquentes.*
19 *Monaci, seu religiosi, qui degunt extra claustra etiam de licentia superioris an possit puniri ab Episcopo.*
20 *Episcopus quando possit punire religiosos.*

DE MONACO, SEV FRAtre, aut Religioso an, & quando pro alio, vel pro se in iudicio stare possint.

CAp. XVIII.

1 MOnacus, seu frater, aut Religiosus nō ptest regulariter esse Procurator sine consensu sui superioris, c. 3. extra ne clerici, vel monaci, c. non dicatis 12. q. j. & c. 2. extra de postulando.

2 Ampliatur 1. vt monacus, seu frater, aut Religiosus non possit esse procurator alterius monasterij quod non fuerit suæ Religiogionis etiam de licentia superioris Anchar. cons. 52. Christoph. de paz in scholijs ad leges Regias l. 6. schol. vnico, n. 4.

3 Ampliatur 2. vt Monacus, seu Religiosus non possit sine superioris consensu in iudicio comparere etiam pro suis negotijs, text. vbi scribentes in c. cum dilecta de rescript. c. causam quæ extra de iudicijs etiam si cappa fuisset spoliatus cum illa non possideat, sed potius detineat nomine Monasterij, gl. 2. in c. non dicatis 12. q. 1. & ideò absq; licentia superioris etiā nomine Ecclesię agere nō potest, Ant. de Butr. Abb. Imol. & Fely. in d. c. cum dilecta, Bald. in l. Præses in vltima q. C. de transaction. ubi dicit quod Abbas potest remittere iniuriam factā monaco, quia monasterio quæsita est actio in-

iniuriarum non sibi, & quod fit per Abbatem,& capitulum videtur fieri per dominum Christoph. de pax in scholijs ad l. stili, l. 6. schol. vnico fol. 71.

4 De licentia autem superioris potest monacus esse procurator pro suo monasterio,& pro se etiã comparere Fideric. de Senis cõs. 287. Abb. in c. ex parte, n. 6. & c. olim de accusat. Roderic. q. regular. to. 4. tit. 1. c. 2. nu. 18. & quęst. Canonicarum q. 62. art. 5. to. 2.

5 Fallit item & secundo si monacus, seu religiosus se defenderet nam potast se defendendo in iudicio comparere, Abb. in c. 2. nu. 9. de vita,& honestate Clericorum, Roderic. vbi sup. n. 19.

6 Fallit 3. si Monacus esset Abbas, aut Prior alicuius Monasterij, seu Conuentus, quia possent per se in iudicio comparere notat Enrich. Boich in c. pro causa de procuratoribus, Hostiens. in c. sopita de censib.

7 Fallit 4. in causa criminis in quo monacus accusaret Abbatẽ, quia tunc etiam sine consensu superioris potest in iudicio comparere, tex. in c. ex parte de accusat. Fely. d. c. cum dilecta, n. 15. & qđ dicimus de Monaco dicimus de fratre.

8 Fallit 5. in causa, suę electionis vbi potest etiã sine consensu Abbatis, seu superioris comparere Innoc. & alij in d. c. cum dilecta sequitur Rota in nouis decisione 7. de iudicijs, & Archidiac. in c. cum pastoris 2. quæst. 7. addens quod habebit expensas a Monasterio.

9 Fallit 6. si monacus, seu Religiosus peteret restitui ad claustrũ tamq; iniustę eiectus,& consequẽter, vt præstentur ei alimẽta, Ant. de Butr. Imol. & Abb. c. placuit 16. q. 1.

10 Fallit 7. vbi monacus haberet aliquam administrationem, c. cũ deputati de iudicijs.

11 Fallit 8. vbi Abbas est absens, & periculum est in mora, Felin. c. cum dilecta supra allegato.

Fallit 9. vbi monacus de licentia Abbatis reperitur in studio, Fely. vbi supra.

12 Fallit 10. pro suo Abbate carcerato, quia potest pro eo excarcerando comparere, Fely. in d. c. cum dilecta alias fallentias tradit Scipio Ianuarius reg. 175. lib. regular. quem lector faciliter potest videre.

13 Fallit 11. vbi monacus, seu Religiosus agit sine consensu superioris, seu conuenitur, & reportat sententiam in eius fauorem, quia valet iudicium, & ita communiter concludunt Doctores in c. causam, quæ de iudicijs argumento, l. non eo minus C. de procuratorib. & facit glo. vbi Bar. & alij in l. si tutor, C. ex quibus causis in integrum restitutio non est necessaria, Parisius consil. 6. lib. 2. nu. 100. & ideo si monachus agit

valet iudicium donec sibi opponatur, nam ope exceptionis excluditur Federic. de Senis cons. 104. num. 4.

14 Diximus de monaco, seu fratre actore quæro modo si quis vellet monacum, aut fratrem conuenire coram quo comparere habet, & distinguendum est, aut sumus in causa ciuili, aut sumus in causa criminali; si sumus in causa ciuili, & sub distinguendum est, aut agitur de conueniendo monacum, seu fratrem in particulari pro causa ciuili, & non potest cōueniri, quia nihil habet, nam suscipiendo religionem renuntiat facultatibus, & volūtati proprie se ipsum penitus subijciendo aliorum potestati, & imperio adeó, vt non habeat velle neque nolle, c. non dicatis 12. q. j. c. 2. de testament. in 6. Rodoric. q. 62. art. 5. de exemptione regular.

15 Aut agitur de conueniēdo Abbatem, seu Yconomum nomine Monasterij, aut Priorem nomine Conuentus, & in istis casibus de iure comm. omnes monaci, & omnes fratres erant subditi Episcopo intra cuius diocesim erat sitū monasterium, seu Conuentus c. quia 16. q. j. cum alijs allegatis, per Roderic. q. 63. de exempt. regular. quo ad ordinarios art. j. deinde per amplissima priuilegia fratres fuerunt exempti à potestate ordinariorum, & non possunt cōueniri coram ordinarijs, nec ratione contractus, nec ratione originis, nec ratione rei site, aut delicti, ut per Bullas Sanctitatis Clementis IIII. Benedicti XI. Bonifacij VIII. Martini V. Nicolai 5. Gregorij XIII. & aliorum, vt latius est videre, per Rodoric. q. 63. art. 3. de exempt. regular. quibus priuilegijs, & exemptionibus gaudent etiam cæteri Religiosi ex Bullis, & priuilegijs particularib⁹ concessis vnicuiq; religioni. & Octauian. Spatarius in trac. demum corrigendi regulares, c. 4 tenet receptissimum esse in toto orbe terrarū a tempore Diui Gregorij I. regulares omnes exemptos esse ab episcoporum iurisdictione.

16 Quæ priuilegia procedunt etiā si laycus debitor fiat monacus nō potest á iudice seculari, vel Ecclesiastico pro debito ciuili carcerari, nec capi etiam quod post debitum religionem ingrediatur, Bal. Suarez, & alij quos Roderic. q. 62 art. 6. est verum quod si quis in fraudem creditorum ingrediatur monasterium nō debet recipi ad monacatum quoniam nō dicitur bono spiritu ductus Rodoric. ex Abbate, & Innoc. ibi, & in fi. subdit quod stante cōstitutione Sixti V. de nouitiorum receptione, quæ prohibet nouitios ad religionem recipi ante quàm de eorum vita, & moribus fiat exacta inquisitio, & an aliquibus debitis sint obnoxij quibus non discussis pro

fessio

fessio nullius est momenti, & valoris, quæ si non valet, certum est quod nouitius apud suos iudices posset conueniri pro debito.

Et ideò pro causa ciuili vbi Abbas, vel Yconomus nomine Monasterij, vel Prior, aut Yconomus nomine Conuentus sunt rei conuenti conueniri debēt coram Iudice Conseruatore quem vnumquodq; Monasterium, & quilibet Conuentus hodie tenet stante ordinatione, & Bulla Sanctissimi domini Nostri Gregorij XV. quem Conseruatorem ex assignatis per Illustres Ordinarios locorum eligere tenentur infra certa tempora alioquin conueniri possent coram Ordinario in pœnam electionis non factæ Iudicis Conseruatoris.

17 Si sumus in causa criminali, & de iure comm., vbi agitur de causa criminali contra monacum in figura iuditij in delictis communibus extra casus comprehensos in regula, vt est falsitas homicidium, & similia, Episcopus habet intentionem fundatam in iurisdictione, vt possit procedere contra monacos, seu personas regulares non exemptas priuatiuè ad Abbatem, seu Priorem iuxta decisionē Cappellæ Tholos. 309. num. 2. & Guid. Papæ 559. Franch. in c. nullus, n. 3. ad finem, de election. lib. 6. Egid. cons. 5. n. 30. quam opinionem attestatur esse comm. Mariscott. lib. 2. variar. resol. c. 35. n. 125. vbi testatur quod communiter recipitur in Curia Romana, vt tenuit Rota in vna Augustana iurisdictionis 27. Maij 1573. coram Robusterio, & respondet omnibus obiectionibus, quæ fieri solent, & est omnino videndus, & Roderic. to. 2. quæst. Canonicar. & regular. q. 62. art. 2. in fine, allegat Hugonem, & præpositum tenentium quod si monacus in figura iudicij conueniatur de iure communi corā Episcopo conueniendus est sin autem extra iudicij figuram, & secūdum regulam corā suo Abbate stantibus vero priuilegijs hodie in causa criminali in figura iudicij monacus debet conueniri coram Abbate Generali, quem Abbatem iura, & DD. adæquant Episcopo in potestate, & authoritate, & nonnullis alijs, c. vlt. de offic. deleg. in 6. Paul. Leazar in repet. c. ex parte de confessis, n. 1. Lazarius in tractat. de canon. & pract. quæst. sexcione 1. q. 8. n. 3. Abbas enim in suos subditos habet iurisdictionem quasi Episcopalem, & ordinariam in quos præter depositionem omnia potest Panor. in c. si quis contra de foro competenti, & dum dico de Abbate habente iurisdictionem quasi Episcopalem aduertēdum est ne quis decipiatur solum de Abbatibus Generalibus intelligi debet, & de his loquitur. text. in c. Adrian. & secundo 66. dist. & in c. cōueniētib. in princ. j. q. 7.

&

& similiter dicẽdum est de fratribus, qui conueniri debẽt pro causis criminalibus coram generali, vel coram Prouinciali, qui dicuntur habere merum, & mixtum imperium, & ad ipsos pertinet corrigere omnes excessus, tàm graues, quàm leues suarum Prouinciarũ: Guardiani, & Priores corrigunt delicta leuia fratruum pro quibus imponunt penitentiam faciendi disciplinam comedendi in terra, & comedendi in pane & aqua, & similiter Vicarij sicut, & Guardiani ita Franciscus de Pitigianis in pract. criminal. canon. cap. 2. vbi latius.

18 Et quod Prælati Regulares dicuntur habere iurisdictinoem ordinariã super suis Religiosis, & possunt procedere ad correptionem, & punitionem delinquentium late scribit Octau. Spacarius de modo corrigendi Regulares, c. 1. tract. 1. vbi sub c. 3. distinguit inter ordinarios, & delegatos, & multa de iurisdictionibus Prælatorum in capitibus subsequentibus, & sub c. 7. extendit iurisdictionem Prælati etiam ad Nouitios.

19 Est verũ quod regulares, & Religiosi, qui degunt extra claustra, et de licentia superioris etiã in domo destinata ad erectionem monasterij, nisi in d. domo sit regularis obseruantia, vt saltem uiuant sub superiore Conuentualiter si deliqunt possunt puniri ab Episcopo ordinario loci pro ut fuit declaratum, c. 3. sess. 6. de reform. Concil. Trid. a sacra Congregatione Cardinalium, vt testantur Farinac. in decisionib. varijs Rotæ Roman. Ianuens. in sua prax. Archiepiscopali Neapolis c. 59. num. 3.

20 Insuper Episcopus potest procedere contra Religiosos notorie delinquentes cum populis scãdalo iuxta terminos decreti Concil. Trid. sess. 25. de regular. c. 14. Notat hoc Nauar. in c. non dicatis n. 96. 12. q. 1. & Octau. Spatarius de modo corrigendi regulares, c. 4. tract. 1. & isto casu Episcopus debet exequi capitulum Concilij secundum constitutionẽ Clementis Octaui, quæ incipit suscepti muneris ratio, datam Romæ apud diuum Petrum anno 1595. 7. Calen. Martij qua cauetur, vt singuli regularium superiores sub pœna priuationis officiorum eo ipso incurrenda iuxta prædictum decretum regularem non subditum Episcopo intra claustra degẽtem, & extra ea ita notorie delinquentem, vt populo scandalo sit, Episcopo instãte intra tempus ab Episcopo præfigendum seuere puniant, ac de punitione Episcopum certiorem faciant. Si vero regularium superior quicũq; in regularem delinquem non animaduerterit quinimo si illum impunitum ad alias suorum ordinum loca extra Episcopi diœcesim de

industria ne puniatur transmiserit decernit Summus Pontifex, vt superior instante Episcopo intra terminū ab Episcopo præfigēdū, & sub eadem pœna priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, nec non, & inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda, & vlterius priuationis actiue, & passiuè vocis ad quę a nemine præter quam à Romano Pōtifice restitui possit ipsum regularē delinquentem à loco ad quē transmissus fuit reuocare, & in quo deliquit restituere, seu sistere teneatur.

Quod si hoc etiam facere prætermiserit statuit Summus Pontifex, vt Ordinarius loci ad quem regularis delinquens transmissus fuerit super præmissis ab ipso ordinario loci, in quo deliquit similiter requisitus, vel alias de illo delicto informatus tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus in regularem delinquētem se uere animaduertere possit, & debeat.

Ianuensis d.c. 59. nu. 3. tradit obseruantiam Curię Archiepiscopalis Neapolis, subdens quod si regulares deliquerint per modū, vt supra dictum est carcerantur percursores Curiæ, & non remittuntur ad suos superiores antequam capiatur informatio delicti, & postea remittuntur cum copia actorū præfixo termino Superioribus, ad docendum de punitione infra viginti dies, vel mensem. Conatur tamen Curia quam primum capere informationes, & quam citius potest remittere.

SVMMARIVM. Cap. 19.

1. *Abbas, seu Abbatissa possunt pro iniuria facta monacis in iudicio comparere.*
2. *Abbas, seu Abbatissa possunt iniuriam factam monacis, seu monialibus remittere.*
3. *Monacus iniuria affectus non agit per se, sed sindacus Monasterij pro illo.*
4. *Monacus non potest remittere iniuriam sibi factam.*
5. *Monacus potest accusare cum licentia Abbatis.*
6. *Nouitius ante factam professionem potest per se accusare transigere, & pacta facere, tàm de iniuria illata sibi, quàm suis.*
7. *Monasterium an præferatur consanguineis, vbi monacus fuit occisus, vel Pater monaci.*
8. *Abbas, seu monacus accusare debet cum protestatione Canonica.*
9. *Religiosi an teneantur accusare, & si possint tuta conscientia remittere, & indulgere offendenti.*

DE

DE ABBATE, SEV ABBAtissa, vel Monaco an, & quando possint in iudicio criminali legitime comparere. Cap. XVIIII.

1 ABBAS, seu Abbatissa possunt pro iniuria facta monacis, seu monialibus in iudicio legitime comparere, secundum Bald. in l. Præses, C. de transactionib. qui sicut habent 2 facultatem, & potestatem accusandi ita ius, & facultatem remittendi dicuntur habere, idem Bal. ibi, & dicit Pet. de Greg. lib. 49. p. 3 3. c. 2. n. 12. Monacus iniuria affectus non agit per se, sed sindicus monasterij pro illo, quia non tàm 4 ipse iniuria, quàm ecclesia ledi videtur, nec ipse remittere iniuriã posset, & cõdemnatio fiet, tamq; pro lęsa ecclesia, c. Parrochianos de sent. excommunicationis; ve- 5 rum quod monacus potest accusare cum licẽtia Abbatis, per tex. in c. placuit, & c. nullis q. 8. Mariscott. c. 35. n. 139. lib. 2. var. resolut. & Farin. q. 13. nu. 23. & 24. ante eum Decia. in tract. crim p. 1. lib. 3. c. 8. n. 15. & 16. qui distin- 6 gunt de Monaco, & Nouitio; nã Nouitius, siue Monacus ante factam professionem potest per se accusare transigere, & pacta facere, tàm de iniuria, & offensa sibi illata quam suis. Monacatus enim isto casu nil præstat impedimenti cum ante professionem factam; Nouitius non solum non desinit esse de populo, sed nec Religiosus, nec Monacus proprie dicitur c. ad Apostolicam, & c. 1. vbi Glo. communiter recepta de Religiosis domibus. Sed si nouitius ante susceptum habitũ deliquisset a quo iudice puniri debet Doctores quos Mastrill. dec. 294.

Post factam professionem dicitur Monacus, & nõ admittitur ad accusandum etiam pro offensa sibi facta, aut pro iniurijs, siue offensa facta suis, nisi accusasset de consensu Abbatis, & pro Beneficio suæ Ecclesię, vt notant Fa- 7 rinac. & Decia. vbi supra; sed si fuerit Monacus occisus, vel pater monaci an monasterium, uel consanguinei ipsius monaci potius admitti debeant pulcherrimè scribit Farinac. q. 13. n. 24 & 26.

8 Vbi autem Abbas, siue Monacus de consensu Abbatis vellet accusare deberet cum protestatione quod delinquens puniatur citra pœnam sanguinis, vt in c. Prælatis de homicidio in 6. vbi omnes.

9 Et notandum est quod Octau. Spatarius in tract. de modo corrigendi Regulares tract. 6. c. 2. q. 4. cum seqq. tenet quod nullus regularis tenetur accusare, quia Religiosi quãcũq; offensam, & iniuriã propter Christi amorẽ remittere possũt, & indulgere primo iniuriãti, & offendẽti, & possunt renuntiare famæ si sunt subditi, &

priuati Religiosi,nisi ex tali renũtiatione scandalum,vel incommodum reipublicæ, vel tertio sequeretur;nam tunc non posset renunciare tuta conscientia; vide etiam eumdem tractatum c.6.vbi an,& quando laycus accusare possit regulares, & quæ requirantur in accusatione monaci,c.1.

SVMMARIVM Cap. XX.

1 *Monasterium, siue ecclesia, aut monasterium monialium quomodo legitime in iudicio stare dicantur.*
2 *Capitulum quomodo in iudicio stare legitime dicatur.*
3 *Confraternitas seu communitas, seu ars quomodo dicatur legitime citata.*
4 *Officiales si fuerint plures tenentur vnum eligere in iudicio defensorem.*
5 *Vniuersitas quando dicitur legitime citata.*
6 *Syndaci in electione, quæ sollemnitas requiratur remissiue.*
7 *Syndacus, vt eligatur an requiratur decretum superioris.*
8 *Citatio iuratorum an sit sufficiens vbi lis fuerit cum vniuersitate.*
9 *Vniuersitas si habet corpus debent citati consules, seu administratores, & si non habet sufficit citare barones.*
10 *Prima citatio an possit fieri in persona syndaci.*
11 *Vniuersitas vbi adest difficultas citandi quomodo citetur.*
12 *Vniuersitas vbi vult criminaliter agere, vel pro causa criminali conueniri habet quomodo legitimanda persona.*
13 *Vniuersatis multa singularia scitu digna, & necessaria.*

DE LEGITIMATIONE personæ Monasterij, aut Ecclesiæ, Capituli, Confraternitatis, Comunitatis, Artis vniuersitatis, seu ciuitatis. Cap. XX.

1 Potestas Monasterij quo ad iudicialia residet in Abbate,qui solus potest pro monasterio agere, vel conueniri, vt notant Doctores omnes, & pręcise Innocent.in c.edoceri extra de rescriptis, Lapus alleg.49. n.3. ver.examinemus, vbi loquitur de quocumq; pręlato,Castrensis cons.35.lib.1. & est communis opinio, præter quam in arduis, Abbas in d.c.edoceri,n.6.& 8.de rescriptis,Zabarella cons.124.n. 2.Tusc.concl.15.n.14.in conclusione,quæ incipit Abbas,quæ potest solus,& quæ non. Adeo, vt in casibus, in quibus potest Abbas,seu prælatus sine consensu capituli agere pro sua Ecclesia, vel conueniri, potest, etiam procuratorem constituere, & post litem contestatum omnes conueniunt,ante litem cõtestatam dissentiunt multi,sed Lapus d.alleg. 49.n.8.reprobat omnes tenentes contrarium, & dicit,quòd potest Ab-

Abbas, etiam ante litem cōtestatam constituere procuratorem, idē tenent Federic. de Senis cons. 227. & Castrens. d. cons. 35. lib. 1. & sicut procuratorem constituere potest, poterit constitutum reuocare, tacite, vel expresse, Federic. de Senis vbi supra, & hæc dicta sint vbi bona essent cōmunia, secus si essent diuisa inter particulares, nam tunc quilibet haberet administrationē de portione sua, Lap. vbi supra.

Quod diximus de Abbate, idē dicendum de omnibus simplicibus clericis Beneficiatis, & Rectoribus Ecclesiarum, quia si habēt administrationem ab Episcopo, possunt agere, & defendere ecclesiam eorum, & pro ea comparere in iudicio sine consilio, vel consensu Episcopi Speculat. tit. de actore, §. 1. vers. quid de clericis.

Et similiter Abbatissa dicitur habere dignitatem cum administratione, vt notat Bart. in l. 1. C. de dignitatibus, & in l. 1. C. de mulieribus, & in quo loco, & quod Abbatissa habeat dignitatē probat̄ in c. indemnitatibus, §. verū de elect. in 6. & notat Abbas in c. cum in cunctis, in prin. de electionibus, & Decius ibi, & in administratione ęquiparatur Abbati, vt notat Bald. in c. 1. in princ. qui feudum dare possunt Abbas in c. 1. in princ. de his, quæ fiunt a prælatis sine consensu capituli, Cardinalis cōs. 17. & potest habere collationem beneficiorum, summa Angelica in ver. Abbatissa, nu. 4. Decius in l. femine, ff. de reg. iuris Lambertinus de iure patronatus in 1. p. 2. lib. art. 5. quintę quæst. principalis, n. 3. Dec in c. cum dilecta de cōfirmatione vtili, vel inutili, vbi etiam Abbas, non tamē potest ipsa excommunicare, vel absoluere Doctores in d. c. cum dilecta, & summa Angelica, in ver. Abbatissa, n. 5. Dec. d. l. femine, n. 8. sicut non potest contrahere Abbas, siue Abbatissa sine consensu capituli, Bald. cons. 457. lib. 1. vbi capitulum, seu conuētum haberēt, secus si non haberent capitulum, seu conuentum, quia posset solus Abbas, quod potest prælatus cum capitulo, Roman. cōs. 36. vbi apostilla, in ver potuit.

Diximus quod monasterium per Abbatem, ecclesia per Rectorem, & monasterium monialium per Abbatissam, legitime in iudicio stare possunt, qui, vt notat Damauder. in sua praxi ciuili, c. 59. n. 2. citari possunt vbicumq; eos reperiri contingerit, siue in templo, siue in ipsorum cubiculo, aut cella, dummodo id modeste, & cū modo honesto habito respectu personarum, & locorum fiat. modo videamus de legitimatione personæ capituli, seu collegij.

2 Capitulum, seu collegium, si in iudicio cōuenire habes potueris seruare infrascriptam praxim sci-

ſcilicet, aut vis citare per Nunciũ, & tunc citatio, vt valeat debet fieri collegialiter, vel capitulariter alias facta citatio ſingulariter cõtra omnes non eſt legitima ita tenet gl. in l. non poteſt dolo carere ff de reg. iuris, & Bald. conſ. 203. n. 3. lib. 1. ratio eſt, quia cauſa capituli, ſiue collegij non eſt cauſa ſingulorum, vt dicit text. in c. bene extra de electionibus.

Et vbi Nuntius non inuenerit capitulum, ſeu collegium congregatum, tunc tenetur requirere eum, cui incumbit onus congregandi capitulum, ſeu collegium, vt cõuocet collegiũ, ſeu capitulũ more ſolito, quod ſi facere recuſauerit, vel impedierit ſufficit, vt citet ad valuas eccleſiæ, vel loci vbi capitulum, ſeu collegium congregari ſolet, Alex. conſ. 219. n. 10. cum ſeq lib. 6. Bar. in extrauagãti ad reprimendum in ver citatum.

Et licet Archidiaconus in c. quod dicitis xvj. diſtinctione teneat quòd ſufficit præſentate litteras maiori de capitulo, & eum ſequitur Bal. in c. 1. de milite, & vaſſallo, qui contumax eſt, & Guido Papa dec. 321. tu autem non recedas a ſuperiori opinione, quę eſt magis communis, & tutior ne contignat deinde diſputati, qui nam ſit maior in capitulo.

Si vero volueris capitulum, ſiue collegium citare per edictum, & ſufficit de iure ciuili, vt fiat edictum in locis publicis; de iure autem canonico, vltra loca publica requiriť quod affigatur ad valuas eccleſię maiori, & ibi dimittatur affixum, Bart. in extrauagantiad reprimendum, in ver. publica, in prin. iuncto ver. citatum vbi apoſtilla.

3 At ſi velles confraternitatem, ſeu ſocietatem, aut comunitatem citare, vel conuenire ſufficit citare regentes, & ſuperiores, ſeu Cõſules artis, Bar. in d. extrauag. ad reprimendum, in verb. citata, vbi dicit, quod ſicut valet citatio exiſtentis ad feneſtram, cuius caput ſolũ videtur, ita citatio facta contra caput ſocietatis, artis, vel communitatis valet, allegat text. in l. municipibus, ff. de condit. & demonſtr.

Eſt verum quod vbi officiales eſſent plures, tenentur vnum eligere defenſorem, vel ſyndacum, vt notat Gratian. dec. 107. nu. 4. Vinc. de Franc. dec. 309. Fabius Anna in Additionib. ad Vinc. de Anna ſing. 387. & ſimiliter dicendum de capitulo, collegio, & Vniuerſitate, quę, ſiue agant, ſiue conueniantur tenentur vnum eligere, eſſet enim maximi tedij, quod ad vnum quemque actum omnes citari deberent notat, etiam Maſtrill. dec. 108. in prin.

5 Sed ſi velles Vniuerſitatem citare omnino videas Octau. Corſettum in ſuo tract. quæſt. Forenſium ſuper Ritu M. R. C. Regni Siciliæ q. 10. vbi á num. 2. relatis

prius

prius opinionibus Innoc. Bar. Cagnol. Socy. Bal., & aliorum tandē refert, quod praxis antiqua est, vt à Magna Curia, vel alio magistratu competenti obtineantur litteræ directæ Iuratis, & Rectoribus Vniuersitatis, vt more solito congregato consilio eligant sindacū, cum potestate sufficienti ad comparendum, & defendendum causas, ad quod quandoq; solet destinari Delegatus, & si fuerit facta electio tunc ille sindacus citabitur; sin autem non eligetur, vel nolit se vniuersitas congregare, & tunc sufficiet citare Rectores consulerem tamen ego dicit vir ille Iurisconsultus Illustris quod actores non starent his contenti, sed cohertionibus opportunis per superiores deberent cogi facere Rectores, & alios ad quos spectat ad congregandum consilium, & sindacum eligendum quo electo etiam consulerem, vt in prima citatione citarentur Rectores Vniuersitatis vna cum sindaco electo, & inde in prosequutione sufficeret citare sindacum, in quo loco etiam doctissimè disputat quo 6 modo dicatur legitima electio sindaci, & quot & quales partes vniuersitatis debeāt interuenire, Ca- 7 piblanc. pragm. 10. nu. 112. & an in electione sindaci requiratur authoritas, siue decretum superioris maximè vbi vniuersitas vellet agere, & per sindacum in iudicio comparere vide etiam Ioach. Mi-

singer. obseruat. 76. cent. 1.

8 Et licet cautela istius magni viri vtilis sit tamen si citarentur solum Prætor, & Iurati, vbi Prætor adest, Prętor vel Iurati tantū vbi non adest intelligerem processum validum citationemq; fuisse legitimā, ut tenent Inno. in c. humilis de maior. & obed. Io. Andr. in c. si appell. de concessione præbenda, lib. 6. sequitur Ang. cons. 196. vbi postquàm recitat omnes opiniones tenet hanc esse veram voluit etiam hoc Io. Faber magnus practicus in §. omnium instit. de pœna temerè litigantium vbi dicit si 9 vniuersitas habet corpus debent vocari consules, seu Administratores vniuersitatis, & si nō habet sufficit vocare Barones, seu habentes iurisdictionem terrarum, & villarum, quia illi habent administrationem reipublicæ Fabrum sequitur Io. Franciscus a Ponte in tract. de potestate Proregis tit. 4. de regalibus imposs. num. 25. & 30.

Et aduertendum est quod licet, qui litem habet cum vniuersitate possit citare syndacum, & cogi possit vniuersitas ad eligendum sindacum, vt vltra allegatos per dominum de Corsetto tenēt DD. quos allegat, & sequitur Scipio Rendine in trac. receptar. sententent. tit. de vniuersitatib. ciuitatibus earumq; iuribus in princ. ra- 10 men prima citatio debet fieri in persona Gubernatorum, seu Iurato-

ratorum, nec sufficit citare sindacum, quia vniuersitas non constituitur in contumacia, vel in dolo ex contumacia sindaci, & hanc esse communem opinionem secūdum Iaffredum Lanfranch. Balbum decis. 60.10. Bapt. Villalab. in tract. communium opinionum in verb. vniuersitas n. 45. vbi sunt hæc verba intellige istam communem in prima citatione, quæ debet fieri gubernatoribus ciuitatis, secus tamen in alijs.

11 Et vbi adesset difficultas in citanda vniuersitate posset citari per edictum in loco affixum vbi consueuit congregari, & si ciues clauderent portas ciuitatis potest affigi edictum in porta ciuitatis quando Nuntius prohiberetur ingredi, & si non esset tutus accessus ad portam ciuitatis potest edictum affigi in ciuitate conuicina in Ecclesia ipsius ciuitatis vicine Bal. in l. etiam col. 4. C. de exequ. rei iudicata, gl. in l. non potest dolo, ff. de reg. iuris latè Marant. p. 6. cap. rectè concipiatur citatio, num. 94.

Et hæc dicta sint pro causis ciuilibus, sed quoniam multocies vniuersitas potest conueniri pro causis criminalibus, nàm potest delinquere eo modo quò benè declarat Farinac. de delictis, & pœnis, q. 24. à n. 108. cū multis seqq.

12 Videamus vbi vniuersitas vellet criminaliter agere, aut in iudicio pro causa criminali, & delicto conuenitur quomodo legitimari debet eius persona, & ad condemnandum vniuersitatem quomodo citari debeat Farinac. vbi sup. n. 113. docet remissiuè. Sed in q. 99. n. 148. tenet quod vniuersitas si fuerit accusata de aliquo crimine etiam graui, siue etiā ipsa vniuersitas alios accusare vel poterit per suum sindacum allegat multos DD. more suo, & in fine refert Gandinum tenuisse vniuersitatē accusatam, vel inquisitam debere personaliter comparere, quę opinio est singularis illud tamen semper notabis quod in passiuis non sufficit in prima citatione citare sindacum, ex quo contumacia sindaci non nocet vniuersitati, ut dixi supra in cęteris autem actibus, post primum, tàm in causa ciuili, quàm in causa criminali sufficit citare sindacum per prædicta.

13 Si uis videre quomodo vniuersitas ex mutuo obligari possit lege Gratian. c. 196. discep. & si agitur de obligando res vniuersitatis quod possint solum electi loco vniuersitatis, & vbi vellet obligari personas, & res particulariū quod debeant interuenire omnes Menoc. conf. 426. nu. 39. & cons. 708. n. 41. Thesaur. dec. 157. Rota Roma. in nouissimis dec. 1123 par. 3. Mohedan. dec. 1. de furtis, Vinc. de Franc. 197. Franc. Marcus dec. 489. & quæ sollemnitates seruandę in subiugandis bonis vniuersitatis, Intrigl. super bul-

bulla q.30.& si potest vniuersitas obligari ad damna,& interesse Io. Franc.a Ponte decis. 18.& quod non possit cõgregari vniuersitas sine licentia Proregis, Vinc. de Franch.decis.446.Franc.Marcus dec.Delfinali 126.p.2.& an legitimè congregata oblicet absentes Rot.Auenionens.dec.13.& an credatur notario diceti legitime congregatam, Capyc. decis.4.& sentẽtia contra vniuersitatem super quibus afficit singulares nõ citatos.Peguera dec.71.& quando maior pars minori præiudicat, Gratian.dec.183 & an possit constituere procuratorem in causa feudali,Scrader.de feudis p.6.c.2 num. 30.& quod agens nomine vniuersitatis non teneatur de rato cauere lege actor ff. rem ratam haberi. Item si vniuersitas haberet feuda posset per sydacum prestare iuramentum fidelitatis, & petere inuestituram, Scrader.de feudis p.10.sess.11.n.117.& p.6. c.1.n.2. & an teneatur resarcire damnum gabelloris si fiat bannũ quod nemo possit extrahere, vel simile Laurent.Sylua cõs.35.vol. 1.late Mastrill.dec.299.lib.3. & quid si gabelloti casu fortuito ali quod damnum paterentur, Bertacch.in ver.gabellarius agit n.3. & an syndicus,seu actor vniuersitatis constitutus ad omnes,& singulas causas censetur constitutus etiam pro causis futuris.Thesaur. decis.59. & si vniuersitas potest pro iniuria illata singularibus de vniuersitate agere, & an possit illam remittere, Crauerta cons. 45.& quod vniuersitas non possit puniri pro delicto commisso per ciues etiam si omnes ciues vexillo erecto, & pulsata campana illud delictum fecissent,nisi perpetratum fuerit ex proposito,& cõcilio præcedente deliberate, Gaspar.Cabal.Milleloquio fin. Natta cons.83.n.9.& cõs.493.Osasc. dec.88.& si vis videre quam iurisdictionem habeant in regno nostro Iurati vide c. Serenissimi Regis Federici c.116.Alfonsi 54. & de iurisdictone vrbis Pan. Mastrill. decis.300. per tot. & quod syndicus non possit obligare bona particularium personarum ẽt quod in mandato facto ab vniuersitate id diceretur Honded. cons. 86.n.13.lib.1. & quod vniuersitas restituatur sicut minor, idẽ Honded.cons.17.n.87.eodẽ lib. Sforza Oddo de in integrum restitutione q.3.n.74. & an pro vniuersitatis debito possint singuli inquietari etiam quod debitum fiscale proponatur, Ant.Faber in codice fabiano,lib.7.tit.33. diff. 1.a n.1.vsque ad n.9. Capiblanc. pragm.10.n.27.& an si vniuersitas nulliter contrahat fideiussores teneantur Capiblanc.prag.1. n.290.& quando restituatur vniuersitas vltra tempus quatriennij Gratian.discept.601. nu.41. vsq; nu.44. & quod uniuersitati con-

V cel-

cessum censeatur reale, & perpetuum, Menoc. cons. 1193. n. 11. & 12. & ciues an, & quando sint testes idonei pro vniuersitate, Mastrill. colligit Doct. dec. 255.

SVMMARIVM Cap. XX.

1 *Executores ultime voluntatis triplicis sunt speciei quidam sunt legitimi quidam testamentarij, & quidam datiui.*

2 *Executores legitimi, qui dicantur.*

3 *Executores testamentarij, qui dicantur. & qui datiui.*

4 *Executores testamento dati quidam vniuersales, & quidam particulares, & qui sint.*

5 *Executores mei, qui dicantur, & qui misti, & an possint agere, vel conueniri.*

6 *Executores testamenti possunt esse omnes, qui expresse non prohibentur.*

7 *Monachus, seu Religiosus officium executoris an possit capere sine licentia sui superioris.*

8 *Frater Sancti Francisci Ordinis minorum non potest esse executor etiam de licentia sui superioris.*

9 *Fratres Ordinis Minoris S. Francisci vbi tractatur de consilio exibendo executoribus vltimarum voluntatum, vel de eligendis pauperibus quibus aliquid testamento relictum sit sunt capaces.*

10 *Frater, seu Monachus, qui non pōt munus executoris suscipere sine licentia superioris si susceperit de facto an gesta per eum valeant. & quid in iudicialibus parte non apponente*

11 *Monachus si fuerit procurator in iudicio, & a parte non opponatur gesta per eum valent.*

12 *Mulier an possit constitui executrix testamenti.*

13 *Mulier executrix testamenti si transit ad secunda vota an ammittat officium executricis.*

14 *Executoris officium an transeat ad heredem.*

15 *Executores si fuerint plures an semper omnes debeant exequi, vel citari*

16 *de executoribus scitu digna.*

DE EXECVTORE VLTIME voluntatis quando possit in judicio legitime comparere. Cap. XXI.

1 EXECVTORES vltimarum voluntatum de iure sunt triplicis speciei, quidam sunt legitimi, quidam testamentarij, & quidam datiui Papiensis in form. libelli quo agitur ad reddicionem compoti tutelæ in gl. ac executores, nume. 2. Michael Grassus art. executores vltimarum voluntatum, q. 1. n. 5.

2 Legitimi executores dicuntur. illi quibus à iure canonico, vel ciuili defertur potestas exequendi voluntates defunctorum. Et tam ad episcopoos eorumq; vicarios quam ad seculares principes iudicesq; ab eis destinatos spectat de iure cura, & cōpulsio, vt defunctorum voluntates execu-

cutio-

cutioni mandentur rationem ab executoribus testamentorum exigendo, & si opus fuerit illos ab administratione remouendo, ac penis competentibus puniendo, & de episcopis eorumq; vicarijs præsertim vbi dispositiones essēt ad pias causas colligitur, ex c. 3. c. si hæredes, c. tua nobis, & c. Ioannes de testamentis, & est capitulum Cōcil. Trid. sess. 22. c. 8. de reform. & quod ad Iudices etiam seculares spectet cura, & compulsio, vt vltimę voluntates exequantur. etiam quod dispositiones essent ad pias causas legitur ex authen. de ecclesiastic. tit. §. si quis edificationem, & ex l. hæreditas, ff. de petitione hæreditatis, in quibus iuribus promiscue ecclesiasticis, & secularibus iudicibus cura executionis conceditur. vnde cognitio ista dicitur misti fori, & est locus præuentionis. doctores quos Molina de iustitia, & iure disp. 250. vbi in lit. D. tenet quòd cura etiam legatorum, & relictorum ad non pias causas, vt executioni mandentur etiam ad episcopum, & eius vicarium pertineat, ex Doctrina Couar. Hostiensis, & aliorum addo ego Alexan. cons. 239. lib. 6. n. vlt.

3 Testamentarij sunt hij, qui per testatorem ad hoc cōstituuntur. De quibus loquuntur tex. Bar. & Doctores omnes in l. alio hęrede, ff. de alimentis, & cibarijs legatis, & l. nulli, C. de episcopis, & clericis, & d. cap. tua, & c. Ioannes.

Datiui vero sunt illi, qui per Iudicem cōstituuntur, aliquando de quibus text. & doct. in l. 3. §. fi. ff. de alim. & cibarijs legatis.

4 Executores, qui testamēto dātur alij sunt executores vniuersales alij particulares, executores vniuersales tunc dicuntur, quādo in testamēto nullus instituitur hęres, tunc executores vicem hæredum substinent, & similiter dicūtur executores vniuersales vbi institutum esset piū opus puta pauperes Christi tunc executores potestatem hęredum haberent.

Executores particulares dicunt̄ qn̄ alius datus est hæres in testamēto, quo casu isti executores nō substinēt vicē hęredū Bar. d. l. alio hærede, n. 5. ff. de alim. & cibarijs leg. & in l. hęreditas ad statiū ff. de hæredibus instituen. & in l. centurio, n. 21. ff. de vulg. & pup. Bal. in l. precibus, n. 45. C. de impuberū, & alijs sustitutionibus, Calderin. cons. 19. de testamentis, Socy. senior cons. 49. n. 3. lib. 4. Alex. cōs. 4. n. 16. & cons. 98. nu. 10. lib. 2. cons. 12. n. 12. lib. 3. Simon de Prętis lib. 5. interp. 1. dub. 2. n. 103. Alex. Trentacinq. de substitutionib. 4. p. c. 10. n. 7. Abb. & Couar. in c. Ioanes de testamētis, Iacob. a canibus de executoribus 2. p. §. cōsultis, n. 19. Parisius cons. 74. n. 41. lib. 3. Matienzo in l. 14. gl. 1. nū. 7. tit. 4. lib. 5. noue recompilationis, Cassanatus cons. 28. n. 3.

Item executores alij sunt meri executores testamẽtorum alij misti, meri executores dicuntur vbi de relictis non participant, & si quærimus an isti meri executores possint agere, & distinguendum est, aut isti volunt agere contra hæredes, vt adimpleant voluntatem defunctorũ, & possunt conditione, ex l. nulli, & l. si quis ad declinandam, C. de episcopis, & clericis, cum similibus, aut volunt agere contra debitores hæreditarios, vel a creditoribus cõueniuntur, & non possunt regulariter, nec agere, neq; cõueniri si adsunt hæredes, nam tunc non habentur loco hæredum gl. in l. firmio, §. cũ ab hæredibus ver. secundum hoc videtur, ff. quando dies legati cedit, Bar. in l. Alio ff. de alim. & cibarijs legatis, Seraphin. dec. 842 Gratian. discep. c. 329.

Vbi non adessent hæredes, vel hæredes essent pauperes Christi, tunc quia loco hæredum habẽtur vt diximus possunt aduersus debitores hæreditarios agere, & a creditoribus, vel alijs prætendentibus ius aliquod conueniri, & similiter possent, tàm contra hæredem, quàm contra debitores hę reditarios agere, vel conueniri in in relictis ad pias causas, Decius cons. 91. n. 2. ante eũ Bart. d. l. firmio, §. cum ab hæredibus, Capra de execu. vlt. voluntatum memb. 6. n. 57. Couar. in c. Ioannes de testamẽtis, Alex. Speculator Io. Andreas, Cynus, Iacob. de Arena, & alij quos Grassus q. 9. n. 1.

Misti executores dicuntur illi, qui ex testamento aliquod commodũ percipiunt, Simon de Pręt. lib. 5. interp. 1. dub. 2. nu. 41. Papiensis, vbi sup. Cassanatus cons. 29. n. 23. isti executores misti possunt agere pro consequendo legato, & pro eo vendẽdo, & ad pias causas distribuendo, vt post Castrẽsem, & alios, Sim. de Præt. ibi, n. 50. & dum diximus posse intelligimus contra quoscumque Cassanat. ibi n. 25. istis ẽnim executoribus competit actio ex testamento, per text. in l. si quis Titio de leg. 3. Grassus d. articulo executores vltimarum voluntatem, q. 9. num. 4.

6 Executores vltimarum voluntatũ regulariter esse possunt omnes, qui iure expresse non prohibentur, tàm clerici, quam layci c. Ioannes, & c. tua de testamentis in 6. Couar. d. c. tua, & ita communiter tenent omnes, vt testatur, Grassus, vbi sup. q. 2. nu. 1. in quo loco declarat, quæ personę non possint executoris munus exercere inter quas enumerat Religiosum. Nam religiosus hoc est mo-

7 nachus, siue frater executor ab aliquo in sua volũtate vltima deputatus nõ potest huiusmodi officium suscipere, nisi prius a superiore petita licẽtia super hoc & obtenta ita colligitur ex tex. in c. 2. de testamẽtis in 6. Clemẽt. 1. eo-

eodem Graſſus in q. 2.n.8.vbi ſupra, Pariſius cõſ. 26.vol.4.Papienſis in forma libelli quo agitur ad reddẽdam rationem tutelæ in gl. ac executores, nu. 3. Ceuaglios in tract. communis contra communem, q. 88. & q. 404.

8 Et ſi fuerit frater Sancti Franciſci Ordinis Minorum non poterit coſtitui executor teſtamenti etiam de licẽtia ſui ſuperioris, tex. in clement. exiui, de ver. ſign. quia dicunt Doctores quod in tali officio vertitur, ut plurimum tactus, & contractatio pecuniæ quod eſt contrarium regulæ Sancti Franciſci.

In tantum quod non prodeſt eis authoritas ſui ſuperioris cui non licet diſpenſare contra regulam prædictam, ita tenet Papiẽſ. *vbi* ſupra, Socy. conſ. 17.n.17.lib. 1. vbi extendit etiam in cauſa pia, Dec. conſ. 499.n.2. Riminal. iuuenis conſ. 403.

9 Eſt verum quòd ſi tractatur de conſilio exibendo executoribus vltimarum volũtatum, vel de eligendis pauperibus quibus in teſtamento aliquid relictum ſit iſti fratres etiam minores dicuntur capaces ſecundum magis veram opinionem, vt tenẽt Duenna, Couar. Bar. Bal. Greg. Lopes, Padill. Matienzo, & alij quos allegat & ſequitur Ceuagl. in tract. communis contra communem, q. 88. & dicit Hippol. de Marſil. ſing. 255. quod ſi teſtator. Mandat vt bana diſtribuantur inter pauperes ex iudicio Guardiani S. Franciſci, & ex eo quod in exequẽdo executor negligens ſit, ob id ad epiſcopum deuoluta ſit diſtributio tunc etiã Epiſcopus tenetur ſequi iuditiũ, & ſententiam Guardiani.

10 Diximus quod monachus, ſeu frater etiam ex Mẽdicantibus de licẽtia ſui ſuperioris poteſt eſſe exequutor teſtamẽti (ſi non fuerit frater Minorum S. Franciſci) ſed quid ſi monachus relictus fuiſſet executor teſtamẽti non obtenta licẽtia ſuperioris munus executoris abſumpſerit an geſta per eũ valeant ſi non fuerit oppoſitum ſunt vidẽdi, Salzedo, Couar. Gutterez dias, & alij quos allegat Ceuallos in tract. cemmunis contra communẽ, q.88. & q.404. Graſſus articulo executores vlt. voluntatum, q. 2. n. 9.

Et quidquid ſit magis cõmunis opinio tenet quòd acta valeant etiam quod fuerint iudicialia, Federic. de Senis conſ. 293. Roma. conſ. 49. & ſing. 232. eamdemq; ſententiam amplectitur. Dec. in l. in ambiguis, ſ. non eſt, ff. de reg. iuris, Fely. in c. 2. de iudicijs etiam quòd fuiſſet frater Ordinis Minorum ſecundum communem, vt tenent Dec. conſ. 494. & conſ. 499. n. 12. Graſſus q. 2. nu. 9. & ſimiliter

11 dicunt de monaco procuratore quód geſta per eum etiam in iudicio valeant ſi non opponitur Roma. conſ. 235. & conſ. 409. &

ſing.

sing.145. Felyn. c.2. de iudicijs, Ferrett. cons.213.n.5.lib.1. Parisius de magis communi, cons.16. n.100.lib.2. additio ad Roman. cons.409.& in sing.245.communem fatetur, idem Dec.cons.494 &499. Achilles de Grassis dec.5. de procuratoribus, & hanc opinionem tenere Rot. Rom. testatur Mariscott.variar.resolu.lib.1. c.92.n.6.

12 Sed an mulier possit constitui executrix testamenti, seu vltimæ voluntatis; tex.in l.a filio, ff.de alimen. & cibar. legatis tenet quòd sic & ibi Bar.& Bald.gl.in l.vnica §.pro secundo, C.de caduc.tollẽdis, Angel.in l.si trahetritij, ff. de nautico fenore, Bar.&Dec.in l.2. de reg.iuris Io.Andr. in addit. ad Sp. vbi hoc ita de consuetudine obseruati affirmat Roland. Anchar. Alberic.& hanc esse communem ex prædictis testatur Grassus q.2.n.26.lib.2.

13 Sed quid si mulier post mortẽ primi viri relicta ab eo executrix transit ad secunda vota vtrum officium executricis ammittat, Paponius lib.20.tit.9.Arrest.finali, & Guid. Pap. singul. 263. tenet quòd sic contrarium tenẽt Dec.cons.91.& Pet.de Rauenna sing.287.Bal.in auth.ijsdem in fi. C. de secundis nuptijs, & in l. id quod pauperibus C.de episcopis clericis, Grassus q.2. num.27.d. loco.

14 Officium executoris non transit ad heredes, nisi sit dictum, Bar. in l.is, ff.de alim.& cib.legatis, & ambiguã volũtatem defuncti declarare possunt, Mantica de coniecturis vlt.voluntatem lib.3. tit. 1.num.20.

15 Executores testamenti vbi fuerint plures omnes vocari debent, tex.in c.fi.de testamentis in 6.adeo quòd processus factus cũ vno diceretur nullus Vinc. de Franc. dec.622.Thorus in ver.executor testamenti, Riccius collecta 769. & hoc quando simpliciter darentur.

Limitatur in quatuor casibus in quibus diuisim possunt voluntatem exequi, & vnus sine alio primus casus est. si alter est mortuus secũdus si sit absens. Tertius si recusaret exequi siue ante susceptum munus executoris, siue post ex legitima causa, Gratia. c.329. num.21. Dixi ex legitima causa, quia alias post susceptum munus executoris illud exequi compellitur cap. pen. extra de testamentis, Dec.consil.91.num.2. quartus casus est quando testator expresse insolidum singulis constituit potestatem, text. cum gl.in cap. fin. de testamentis in 6.

Sublimitatur vbi executores a testatore constituti fuissent coniunctim, & nõ diuisim gl. & doct. ibi intellige si essent viui omnes secus si alter ex executoribus moriretur, quia tunc officium potest

exer-

exerceri per reliquos seu reliquũ, nam accrescit alteri, & exequutio deuoluit ad eos, qui super sunt, seu eum, vt dicunt omnes in d. c. fin. Castigl. dec. 116.

De alijs qõnibus, scilicet officiũ executoris quanto tpe duret, & an possit ante aditam hæreditatẽ exerceri, & si cogãtur reddere rationem vltra alios Doctores supra allegatos Pet. Gerardus sing. 84. Papiensis d. gl. ac executores, & an possit testator remittere reditionem competi, Capp. Tholosana, q. 46. & an possint trãsigere, Crauett. cons. 323. Marta voto 111. & an teneantur facere inuentarium vocare hæredem in executione, & si hæredes dicuntur coexecutores, Caual. dec. 4. lib. 5. Paponius lib. 20. tit. 9. Arresto 1. & quid si res vendita ab executore euicta an contra eum, vel hæredẽ agendum sit Papiensis ibi, nu. 21. & an possit vẽdere habita fide de pretio Emanuel Suarez in tracta. communiũ op. ver. executor testamenti n. 201. Grass. q. 11. Gutter. de iuramẽto confirmatorio c. 50. n. 20. & quid in executore cum libera Papiensis ibi n. 20. & quod vbi datus est executor non debet hæres solus se immiscere, Gratia. c. 220. & an vnus executor possit petere rationem ab alio, Mantua sing. 572. & potest hæres petere rationem, vt videar an solutio sit facta in causam a testatore demandatam, Gratian. c. 339. n. 42. & quando quis fuisset deputatus pro exoneratione consciẽtiæ an sibi credatur, Berous q. 12. n. 7.

SVMMARIVM Cap. 22.

1. *Clericus an possit in iudicio pro layco comparere.*
2. *Prælatus, seu clericus, qui nomine ecclesiæ, vel pro beneficijs eorum litigarent possunt procuratorem constituere etiam ante litis contestationem, idem in rectore hospitalis.*
3. *Procurator non potest, nec curator ante litis contestationem procuratorem constituere.*
4. *Pater potest etiam ante litis contestationem procuratorem constituere vbi est legitimus administrator.*
5. *Clericus laicum volens conuenire corã quo debet in iudicio comparere.*

DE CLERICO AN POSSIT pro alio in iudicio comparere. Cap. XXII.

1 Clericus non potest esse procurator in iudicio pro layco c. deniq; xiiij. q. 5. c. prolatum 88. dist. c. 1. & c. fi. de postulando l. placet C. de episc. & cleric. cum alijs allegatis per Carol. de Grass. in tract. de effect. cler. effect. 11. vbi ponit regulam cum aliquibus limitationibus. quem quando casus occurrit potestis videre.

2 Et in materia ista est notãdum quod

quod Prælatus, seu Clericus, qui litigarent nomine Ecclesię, vel pro Beneficijs eorũ possunt procuratorẽ cõstituere ante litis cõtestationem, vt in c. petitio extra de procuratoribus, idem etiam dicendum in Rectore Hospitalis quamuis ille æquiparetur tutori, vel curatori, vt Clementina, quia

3 contingit, §. sin autem de Religiosis domibus, sed Procurator, vel curator non possunt ante litis contestationem procuratorem constituere, siue agant, siue cõueniantur ab alio, l. neque C. de procuratoribus, c. 1. de procuratoribus in 6. l. 1. §. 1. de procuratoribus pater autẽ quando est legitimus administrator bonorũ potest pro

4 curatorem constituere latè Mieres super apparatu cõstitutionis generalis Cathaloniæ, p. 1. collat. 6. n. 283.

5 Diximusquomodo clericus in iudicio pro alio possit comparere vel nõ remissiue videamus si vellet pro se, vel pro sua ecclesia contra laycũ agere an debeat corã laico, vel ecclesiastico cõparere, text. in c. si clericus de foro cõpetenti si clericus laycũ de rebus suis, vel ecclesiæ impetierit, & laycus res ipsas non ecclesiæ, aut clerici, sed suas propias asseuerat debet de rigore iuris ad forẽsem trahi cum actor forum rei sequi debeat, licet in plerisq; partibus aliter de consuetudine habeatur est etiam text. in c. cum sit generale eodem tit. c. experientiæ 11. q. 1. & c. 2. & c. neminem eodem tex. in l. in criminali, ff. de iurisdictione omniũ iudicum l. vlt. C. vbi in rem actio & in auth. vt clerici apud proprios episcopos, &c. & in l. quod etiam de alienatione mutandi iudicij causa etiam si ageret iudicio reiuendicatio, Tusc. concl. 447. lit. I. nu. 3.

Ampliatur in causa spolij, Marchesan p. 1. de commiss. tit. de cõmiss. app. & peritorum relat. nu. 104. & 107.

Limitatur vbi seculares iudices in exibenda iustitia personis ecclesiasticis sunt remissi, introductum est in fauorem ecclesiæ, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt cẽsendi Rectores possint sub quo maluerint iudice conuenire ita colligitur ex text. in c. cum sit generale de foro competenti in cap. licet & in c. ex tenore eodem.

Limitatur 2. nisi in aliqua ciuitate, seu diœcesi hoc esset de consuetudine, quę consuetudo an seruari debeat, vel non sunt videndi gl. d. c. si clericus litera L. & additio ad glo. quæ allegat Petr. Abbatem, & Ioannem Andream.

SVM-

SVMMARIVM Cap. 23.

1 *Consiliarij principis debent esse puri, vndiq; iusti, optimi, & contenti, his, quæ dantur eis a fisco, vel, a Principe.*

2 *Consiliarij debent diligere subditos sicut filios, & fratres, & dare semper sanum consilium, & præmeditatum.*

3 *Princeps est de numero consiliariorum, suorum, & dicitur caput senatus.*

4 *Offendens Consiliarios, sub prætextu officij. lesæ maiestatis Reus dicitur.*

5 *Officiales, & Magistratus, aut sunt minores, aut maiores, si sunt minores, possunt durante officio conuenire, & conueniri.*

6 *Officiales maiores, aut sunt temporales, & annales, aut perpetui, si sunt temporales, vt Iud. M. R. C. & non possunt, conuenire, nec conueniri, durante officio.*

7 *Officiales si sunt perpetui possunt conuenire, & conueniri.*

8 *Curiales dicuntur qui sine licentia de curia, non possunt recedere, & officium gerunt.*

9 *Curiales si obtenta licentia per aliquos dies in domo eorum forte steterint, non retinebunt priuilegium, quia possunt conueniri pro contractibus, & pro delictis, extra magnã Curiã.*

10 *Consiliarij ceteriq; regij officiales non possunt pro alijs negotia suscipere, vel patrocinari, vel consulere etiam in camera.*

DE CONSILIARIIS, ET cæteris Regijs Officialibus an possint pro se, vel alijs in iudicio comparere. Cap. XXIII.

1 CONsiliarij principis debent esse puri, vndiq; iusti, optimi, & contenti his, quæ dantur eis a fisco, vel a Principe, vt dicit Io. Andr. in c. quanto de iureiurando, & debent propriam affectionem, caritatem, & vtilitatem abiicere, & publicam assumere, vnde Romani in facie, siue muro senatus, hæc verba descripta habebant, Hoc limen intrantes abiecta priuata charitate, publicam induant, debent enim diligere 2 subditos, sicut filios, & fratres l. si quis filium C. de inofficioso testamento, & 23. q. 5. c. prodest, & dare semper sanum consilium, & præmeditatum, quia scribit Val. Maximus de institutionibus antiqs, quod tria fecerũt Romanos dominari, sanum consilium, secreta tacendo, priuata paupertas, & fidem non frangendo.

3 Istorũ consiliariorum principũ maximus est fauor, ex quo princeps, est de numero consiliariorum suorum, & dicitur caput senatus, l. ius senatorum, C. de dignitatibus, lib. 12. & debet consiliarios audire, nam dicit Speculator in tit. de aduocatis, §. 3. ver. habito, & in titu. de requisitione

consilij; quod Roboam perdidit regnum suum, quia noluit audire consiliarios suos sapientes.

4 Et sunt consiliarij digni tanto honore, tantaq; reperti felicitate, quod si quis eos offenderit, Maiestatis Reus dicitur, quod intelligo, vbi sub prætextu officij in iudicando, seu consulendo principi, vel aliquid zelo iustitiæ facien do fuerint offensi Andr. in tit. quæ sint regalia in ver. committentiũ crimen, Paris de Puteo in tracta. syndicatus in c. excedunt consiliarij, nu. 13. fol. mihi 18. secus si quis non in principis contemptum, sed ob priuatas inimicitias interfecit aliquẽ ex his, quia Reus lesæ maiestatis non erit Andreas ibi Carrerius in pract. criminali, §. homicidium, nu. 109. Gigas de crimine lesę, lib. 1. q 4. Rol. cõs. 48 n. 10. vol 2. possem de istis felicissimis Viris plura scribere tamẽ nę videar propositam materiam relinquere capio, quæ promisi.

5 Officiales, & Magistratus, aut sunt minores, aut maiores, si sunt minores Magistratus, & possunt durante officio conuenire, & ab alijs in iudicio conueniri, tex in l. neq; magistratibus, ff. de iniurijs, & famosis libellis, ibi quod si ex minoribus magistratibus, erit in ipso magistratu posse eum conueniri &c.

6 si sunt maiores, aut temporales, & annales, aut perpetui si sunt temporales, vt Iudices, M. R. C. & Regij Consistorij, & non possunt durante officio regulariter, nec agere, nec ab alijs conueniri, tex. in d. l. neq; magistratibus, ff. de iniurijs, & in l. pars literarum, ff. de iudicijs ibi Magistratus, quo anno cum Imperio sunt. neq; propriam, neq; eorum quorum tutelam, vel curam gerunt causam in iudicio, vel agendo, vel defendẽdo substinere decernunto. Simul, ac vero Magistratus dies exierit non ipsis tantum aduersus reos suos, sed, etiam alijs aduersus eos litem intentare ius fasq; esse. est tex. in l. 2. ff. de in ius vocando, l. senatusconsulto, ff. de offic. Præsidis, & in regno nostro est c. 136. sub inuictissimo, & numquam satis laudato Imperatore Carolo, & pragmatica sub tit. de offic. Iudicis M. R. C. scribit Mastrill. de Magistratibus, lib. 5. c. 8. n. 62. & c. 10 per totum, & Dec. 270. & si dispositio supradicti capituli, & pragmatice procedat in filijs, siue in vxore, aut parentibus talium iudicum examinat etiam Mastrill. dec. 281.

7 Si sunt perpetui etiam maiores & possunt cõuenire, & ab alijs in iudicio conueniri, quia iura prædicta loquuntur de annalibus, & non de perpetuis, vt patet ibi magistratus, quo anno cum Imperio sunt.

Verum, quod si insequerentur curiam domini Proregis non possent iudicio meo extra M. R. C. cõ ue-

ueniri ſtante conſtitutione regni ſtatuimus. vbi contra iſtos officiales dat iuriſdictionem M.R.C. ibi, & de quæſtionibus noſtrorũ curalium, qui immediate nobis aſſiſtunt de ſpeciali cõſcientia noſtra in curia commorantium, qui de curia noſtra ſine ſpeciali mandato noſtro non poſſunt recedere, &c. & conſtitutio, quæ incipit Magna Curia noſtra, dicuntur autem curiales ſecundum Andream ibi, qui ſine licentia de curia non poſſunt recedere, & officia gerũt. Afflict. ibi latius, & in d. conſtitutione Magna Curia. Io. Franciſc. Aponte de poteſtate Prorigis tit. 7. §. 7. n. 2. & ſecundum Andream de Iſern. in d. conſtitutione ſtatuimus ſi obtẽtá licentia per aliquos dies. In domo eorum forte ſteterint, vel quieuerint non retinebũt priuilegium, quia poterunt conueniri pro contractibus domi initis, & multo fortius pro delictis, niſi eundo, & reddeundo contraxerint, uel deliquerint.

8

9

10 Iſti Cõſiliarij ceteriq; Regij officiales ex diſpoſitione pragmaticę vnicę tit. 8. prohibentur pro alijs negotia ſuſcipere, vel patrocinari, aut conſulere etiam in camera quæ prohibitio, & pragmatica fuit cõfirmata per literas Suę Catholice Maieſtatis directas Illuſtri Comiti Albæ datas Madril die 8. Aprilis 1591.

Accidit alias difficultas quid ſi fuerint conſtituti cum poteſtate ſubſtituendi an ſubſtinendo teneat ſubſtitutio eſt videndus D. Garſia Maſtrill. dec. 264. per tot.

SVMMARIVM Cap. 24.

1 *Citatus ſi fuerit contumax an, & quomodo bannitur.*
2 *Banni ſentẽtia dicitur interloquutoria*
3 *Bannitus an, & quando poſſit foriudicari.*
4 *Practica ſeruanda ante ſententiam foriudicationis remiſſiue.*
5 *Foriudicatus quomodo defendatur remiſſiue.*
6 *Bannitus an poſſit agere, vel ſe defendere.*
7 *Bannitus non auditur etiam ſi officium Iudicis implorauerit.*
8 *Bannitus an poſſint allegari declinatoriam fori.*
9 *Iuriſdictio an poſſit prorogari in iudicem penitus in competentem ex contumacia.*
10 *Bannito agenti denegatur actio, & excipienti denegatur defenſio item & replicatio.*
11 *Iudicium cum bannito eſt nullum etiam ſi de banno non fuiſſet exceptum.*
12 *Banniti coniunctus, aut procurator an, & quando poſſint pro bannito in iudicio comparere, & de patre, ſeu matre filio, ſeu vxore banniti an poſſint pro eo comparere.*
13 *Bannitus non auditur etiam ſi ageret nomine hæreditario, ſecus ſi quis non bannitus, ſuccederet bannito, quia poſſet agere.*

14 *Banniti cessionarius an possit agere, & quid si fuerit creditor ex causa ante bannum.*

15 *Pater banniti non prohibetur agere pro bonis in quibus habet administrationem.*

16 *Bannitus si fuerit citatus an possit comparere, & se defendere.*

17 *Fideiussor an possit excipere de exceptionibus competentibus bannito.*

18 *Foriudicatus ab vno Iudice si ab alio captus an possit ab eo suspendi remissiue.*

19 *Statutum mandans quod bãnitus possit impune offendi an procedat contra mulierem bannitam.*

20 *Statutum contra receptantem bannitũ an procedat contra receptantem mulierem bannitam.*

21 *Donans bona sua cum potestate reuocandi, seu disponendi, si deinde delinquat an censeatur disposuisse in fiscum, vel hæredem ab intestato, aut in donatarium.*

DE BANNITO AN POSSIT pro se, vel pro alio in iudicio stare. Cap. XXIIII.

1 SCitis quod ex dispositione constit. Regni Grandis vtilitas, si citatus pro causa capitali fuerit contumax, bannitur, & ex dispositione Ritus Regni cap. 159. si aliquis fuerit accusatus de aliquo delicto, vt puta de percussione si in promptu appareat de sanguine, & delinquens citatus non compareat incontinenti non expectato triduo bannitur, nulla excusatione admissa, nisi aliquis præstaret de eum præsentando infra triduum; si verò non apparet sanguis citato delinquente, & incusata contumacia post triduum, lata sententia banni, bannitur, quæ sententia dicitũ interloquutoria, secundũ Signor. cons. 119. n. 12. Castren. cons. 236. n. 2. lib. 2. Alex. cons. 164. n. 2. lib. 7. & ex constitutione penam eorum, similiter disponitur, si quis infra annum à die banni editi numerãdum coram Iudice, qui eum bannierat minimè comparuerit, vel etiam coram successore eiusdem, post ipsius anni decursum eumdem foriudicari debebit, nulla omnino licentia postea remanente se super principali causa criminis defendendi, sed perinde habetur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat ẽt per diffinitiuam sententiam condemnatus, & nuncupatur foriudicatus, quasi foris omnem aditum iuditij constitutus, & ex forma eiusdem Ritus 159. ad sententiam foriudicationis post lapsum anni, ita demum proceditur, si venit imponenda pœna mortis, deportationis, vel mutilationis mẽbri, & si venit imponenda alia pœna minor, non foriudicatur, sed pati debet pœnam, quam deberet pati per bannum secundum constitutiones, & capitula Regni, &

per

per c. inuictissimi Regis Ferdinãdi 56. disponit, quod bãniti, & foriudicati censentur solũ condẽnati ad pęnã cõdignam delicto prępofito, & non vltra; & nouissime ex forma Reg. Pragmat. titu. 12. pragma. 1. terminus anni ad foriudicãdum fuit redaptus ad menses quatuor, qui terminus mensium quatuor currit a die sententię banni, vt legitur in rubr. d. pragmaticę, & ex pragma. 5. eiusdem tit. colligitur practica, quæ

4 seruanda est proferenda sententia foriudicationis, quæ etiam ponitur in constitutionib. pragmatica lib. p. 2. sub tit. capi di conferenda fiscali quem foriudicatum si

5 defendere habes, vide duo optima consilia, Gramm. post decisiones, & decisionem Mastrill. 161. & si agnati cognati affines foriudicandi proprio nomine sunt citandi an sufficiat per edictum, Vinc. de Franch. dec. 516. n. 9.

6 His cognitis, videamus an bannitus agere possit, seu in iudicio comparere, & Ritus noster in c. 159. tenet quod bannitus non potest se defendere nisi purgato banno, ibi, in suis tamen defensionibus nõ audiatur, nisi purgato banno, & de iure, cui denegatur defensio multo magis denegatur actio, tex. vbi Bald. & omnes DD. in l. nec intentio, C. de transaction.

7 Ampliatur primo, vt non possit etiam officium iudicis implorare, nam dicit Bar. in l. 1. §. & parui, ff. quod ui, aut clam, & Salyc. in l. ita nobis, n. 4. C. de adulterijs quod vbi ex forma statuti denegatur defensio, censetur etiam denegatum officium iudicis, secus si statutum diceret non audiatur in exceptionibus, quia prohibitus excipere non prohibetur iudicis

8 officiũ implorare, quinimo quia denegatur defensio censentur omnes denegate exceptiones peremptorię, & dilatorię, & sic declinatoria fori, nisi esset iudicis prorsus, & omnino incompetentis, Bal. in l. Reos, nu. 37. C. de accusationib. & l. 1. C. si a non competenti iudice, Soc. in l. 2. ff. de exceptionib. & cons. 83. nu. 30. vol. 4.

9 Nãm quando Iudex est prorsus incompetens iurisdictio eius ex sola contumacia nõ dicitur prorogata, text. est in l. si quis ex consensu, C. de episc. audiẽt. vbi Paul. & Bal. idem Paul. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus nõ yerit vbi etiam Bar. Ang. & Alex. Marant. in suo specul. p. 4. dist. 12. Roman. cons. 48. vbi Apostilla citat Gramm. & alios Surd. dec. 26. nu. 14. Camill. Borell. dec. 41. n. 49. in summ. decision. p. 1. & licet Afflict dec. 133 & Vinc. de Franch. decis. 417. teneant quod contumax non possit allegare priuilegium fori, tu dic cum Bal. in l. si quis ex consensu, C. de episc. audient. scilicet, quod dicta per Affl. & Franch. intelligũtur quando Iudex esset com-

competens de iure, sed eius iurisdictio posset elidi per prosequutum, excipiendo de aliquo priuilegio fori, nam si non exciperit, & fuerit contumax nō poterit post contumaciam, amplius allegare forum, seu priuilegium, secus si Iudex fuisset penitus incompetēs per prædicta.

10 Stat igitur conclusio quod bannito agenti denegatur actio, & si conuenitur denegatur defensio item & replicatio, ut tenet etiam Iac. de Arena in tract. de Bannitis n. 22. vbi extendit etiam si bannitus agat contra alium equè bannitum, & ista audientia censetur bannito denegata ipso iure.

11 Ideo ampliatur secundo regula etiam quod non fuerit in iudicio exceptum de banno, nam tūc iudicium esset nullum secundum DD. communiter in l. 1. §. sublata, ff. ad Trebell. vbi concludunt omnes quod stante statuto quod bannitus non audiatur intelligitur ipso iure denegata illi audientia, & ideo non est opus excipere.

12 Ampliatur 3. etiam in coniuncto banniti, vel procuratore, qui pro eo vellet comparere, quia nō possent, secundum Alex. cons. 26. lib. 1. & quod diximus non posse bannitum per Procuratorem audiri sublimitatur, ut nō procedat vbi bannitus per procuratorem peteret se admitti ad Indultum, Carauita in comment. in pragm. 1. de exuli q. 17. n. 168. Mastril. de indult. c. 23. n. 33.

Item quod diximus bannitum non posse audiri per coniunctum sublimitatur in patre, quī pro defensione filij absentis banniti potest in iudicio comparere, & debet audiri, Bal. in l. reos, nu. 21. & 24. C. de accusationib. Ang. ibidem omnes Canonistæ in cap. veniens de accusationib. & præcisè Marianus Socy. n. 229. cum pluribus seqq. vbi testatur de comm. Cepoll. cons. 48. & melius cons. 45. & 74. & quod pater admittatur in iudicijs practicari testatur Blanchus in pract. crim. §. verum quia n. 59. & esse comm. opi. Legistarum, & Canonistarum testatur Alex. de Neuo cons. 90. late Gabr. qui testatur de comm. concl. 9. n. 47. Corn. cons. 194. lib. 1. Menoch. de arbit. iudicum q. 80. n. 60. cum plurib. seqq. & hanc esse comm. & indubitatam sententiam testatur Rolan. cons. 47. nu. 31. lib. 3. Bertaz. cons. 314. lib. 2. Bursat. cons. 225. num. 125. & 126. lib. 2. Thesaur. dec. 265. nu. 19. & Farinac. q. 99. n. 155. & in regno nostro nunquàm fuit dubitatum quin pater comparere possit pro filio, tam absente, & contumace quam bannito, & foriudicato siue ante bannum, siue post bannum non solum ad allegandum causam absentię necessariam siue probabilem ah quam admittitur quilibet comparens etiam sine mandato, vt scribit Farinac.

d. q.

d.q.99.n.270.& 278. sed etiã ad allegandas causas ex quibus non posset banniri, seu foriudicari pariterq; nullitatem banni, seu foriudicationis adducere, & omnes exceptiones declinatorias ex dicto notabili cons. Alex. de Neuo 90.quod passim in M. R.C. allegari solet idemque in vxore pro marito, & in filio pro patre admiserunt DD. quos Mastrill. decis. 267.n.24. & in domino pro seruo ibi.

13 Quarto ampliatur etiã si vellet agere hęreditario nomine puta quãdo bannitus succederet nõ bannito si velit hæreditario nomine agere non auditur, argum. l. si non sortem, §. si filius, ff. de conditione indebiti, sed quid e contra si non bannitus succederet bannito an si agat hæreditario nomine obstet ei exceptio videtur qđ sic vt in l. vitia, ff. de acq poss. l. cum hæres, ff. de diuersis, temporalibus perscriptionibus in cõtrarium est veritas, quia bannum est contumacia partis, & in contumace solo durat, nec ad hæredem transit, & mortuo bannito finitur bannum, argum. l. priuilegia, ff. de reg. iuris, l. quod dictum de penis est enim pœna banni personalis, & cum persona extinguitur Iacob. de Arena de bannitis, n.25.& 26.

14 Quinto ampliatur, vt nec possit cessionarius banniti agere, nam exceptio, quæ obstat cedenti obstat cessionario, Paul. de Castro in l. qui stipendia, C. de procuratoribus, & ibi sequuntur Moderni optime Boss. titu. banniti quid ammittant, n.16. & licet secundum comm. opin. de qua per Alex. in l. si cum dotem, §. si patri ff. solut. matrimon. & per Nellum post discussas omnium opiniones in suo tractatu in prima parte secundi temporis, q. 74. ad fin. cessionarius banniti, si cessio fuerit ex causa onerosa non prohibeatur agere id tamen intelligitur quando cessionarius tentaret vtiles actiones, vt res sibi restitueretur, secus si tentaret directas, siue vtiles, vt cedenti restitueretur, quia tunc exceptio, quę obstat cedenti obstaret cessionario, vt bene notat Bossius vbi supra, vel tu dic & melius quod indistincte non potest cessionarius banniti agere, quia obstat exceptio banni, siue cessio fuerit ex causa necessaria, siue uoluntaria, nam cessionarius semper vtitur iure, & adminiculo sui autoris, & ideo cum sua causa suisque vitijs, l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acq. poss. ita tenet Iacob. de Arena vbi sup. n.33. & sequenti, vbi etiam notat quod secus in delegatione, nam ex iure quod quis per delegationem acquirit quis dicitur agere proprio iure propriaq; actione non sic in cessione vbi iure banniti vtitur per prædicta. est omnino videndus Io. a Grass. in tract.

fideiussorem, vt l. nisi ff. de pactis ita econtra odium personale transire non debet l. 1. ff. de const. principum maxime quòd statutum solum reddit inhabilem personam banniti.

18 Occurrunt in materia ista aliquę doctrinę notatu dignę, & primo an bannitus si fuit ab vno iudice foriudicatus possit ab alio si capiatur morti traddi. est videndus, Capiblanc. de baronibus, & eorum officio pragmatica 8. p. 2. n. 115. & 116. cum seq.

Secundo an statutum mandans quod bannitus possit impune offendi comprehẽdat ẽt mulierem bannitam. Guido de Sunz. in quæst. statutorum, lib. 1. format quæstionem, & arguit pro & contra finaliter determinat quòd sic sequitur Nellus in tracta. de bannitis n. 39. p. 2. secundi temporis nisi mulier fuisset prægnans, nam tunc non deberet is, qui non deliquit puniri ob delictum matris, Nellus vbi sup. n. 45.

Tertio statutum, seu pragmatica contra receptantes bannitos non procedit contra receptãtem mulierem bannitã, Crauett. cons. 6. n. 7. vol. 1. Decius, l. femine, n. 83. ff. de reg. iur. Plot. de in litem iurando, §. 51. nu. 19. Ang. cons. 67. nu. 1. quod reliquit cogitandum, Intrigl. sing. 245.

Quarto, si delinquens donationem fecisset de suis bonis cum facultate de eis disponendi, & nulla fuerit per eum facta dispositio an fiscus succedat donatorius, uel hæres ab intestato est videndus, Mastrill. dec. 277. per totam.

Et an bannitus possit donare testari, aut ei donari Castigl. dec. 37. & an possit exigere, Vinc. de Franch. dec. 102. num. 19. & an & quando possit purgare bannum absque carceratione, Mastrill. decis. 189.

SVMMARIVM Cap. 25.

1 *Muti, & surdi non possunt esse procuratores.*

2 *Muti, & surdi possunt esse procuratores ad negotia.*

3 *Muti, & surdi non possunt esse tutores.*

4 *Muti, & surdi an possint pro se stare in iudicio.*

5 *Cecus potest pro se in iudicio stare.*

6 *Mutis, & surdis curator non datur inuitus, quia possunt procuratorem cõstituere.*

7 *Mutus, & surdus equiparatur minori viginti quinque annis.*

8 *Mutus, & surdus si non soluerit infra triennium canonem restituitur sicut minor.*

9 *Mutis, & surdis beneficium restitutionis quòd conceditur transit ad heredes.*

10 *Muti, & surdi non possunt stipulari an possint cõtrahere societatem, vel alios contractus.*

11 *Muti, & surdi an possint contrahere matrimonium.*

Isti muti, & surdi de iure ciuili, nec stipulari, nec promittere possũt, l. 1. ff. de ver. oblig. §. 1. inst. de vtilibus stipul l. 1. §. fin. ff. de act. & obligat. latè Gomes. lib. 2. tit. de restit. minorum, n. 29. Mascar. de probat. to. 2. conclus. 1079. & Mantica de tacit. & ambiguis cõuent. lib. 4. tit. 14. n. 3. cum seq.

10 Isti muti, & surdi si intellectum haberent, & delinquerent possent etiam pœna ordinaria delicti condemnari, secundum Io. de Imola, Roman. Alex. & alios quos Ant. Gomez. de delictis, c. 1. n. 69. ver. in contrarium tamen vbi testatur quod ita alias fuit apud eum iudicatum in quodam muto, qui fuit suspensus, tamquam socius in homicidio, refert, & sequitur Farin. de penis temperandis, q. 98. causa 17. nu. 160. & licet Cartarius de executione sententiæ, c. 2. nu. 46. & n. 50. ponat practicam, & modum, quo possit mutus, & Surdus per signa interrogari, & quomodo notarius debeat illius nutus, & signa describere, & quomodo signa interpretari debeant, tamen illa omnia deinde non seruirent, ex quo confessio significata per signa, & nutum non est tuta, & clara, & ideo mutus nõ posset ex ea condemnari, vt ex Bald. & alijs tenet & sequitur Farinac. vbi sup. nu. 162. Verum si scribere sciret mutus, & surdus posset per Iudicem compelli ad respondendum per scripturam, & si legitima præcederent inditia posset torqueri, & si delictum in scriptis fateretur posset inde ex eo condemnari, ut tenet idem Farinac. ibi, in fi. & si vis videre an mutus, & surdus possint testificari, & quomodo lege Farinac. de testibus, q. 61. n. 46. & seqq.

11 Isti muti, & surdi possunt contrahere matrimonium, text. in c. cum apud de sponsalibus, l. mutus, ff. de iure dotium, l. ex facto, ff. de vulg. & quomodo ista iura intelligantur declarat post Ioan. And. Abb. & alios Sanches de matrimonio, lib. 1. disp. 8. n. 12. tom. 1. Lapus alleg. 57. Molin. de ritu nuptiarum comparatione 31. nu. 7. & seq.

Item possunt adire hæreditatem eo modo quo declarant text. & doctores in l. mutum, ff. de acq. hæreditate.

Item possunt facere testamentum obseruata distintione l. discretis, C. qui testamenta facere possunt Fernand. Vasq. de controuer. Illustribus, c. 103. & maxime vbi a principe haberent licẽtiam dilectus de arte testandi, tit. 1. cautela nona vbi ponit cautelam, & practicam quomodo testari habeat mutus, Paul. Emil. Gallus in tract. de exceptionibus except. 6. p. 2. tit. 1 & denique pacisci potest mutus, & surdus, text. in l. item quia ff. de pactis. Item & donare, l. qui id quod, §. mutus, ff. de donationib. Alex. cons. 12. lib. 1. n. 3.

& deniq; poteſt mutus, & ſurdus omnes contractus celebrare, in quibus contrahendis voce opus non ſit l. in quibuſcumq; ff. actionibus, & obligationibus, l. ubi non voce, ff. de reg. iur. eſt videndus Molin. in tracta. de ritu nuptiarum comparatione 31. n. 3. & an poſſit eſſe Iudex, vel arbitrer, & quid in muto ſolo, vel ſurdo, 12 aut in muto, & ſurdo ex accidenti eſt videndus omnino, Pet. Barboſa de iudicijs ad legem cum prætor. §. fi. nu. 13. cum multis ſeqq. fol. mihi 314.

SVMMARIVM Cap. 26.

1 *In iudicio regulariter nemo pro alio, ſine mandato actionem intendere poteſt.*

2 *Maritus pro vxore, etiam ſi fuerit putatiuus pro bonis parafrenalibus, & dotalibus poteſt in iudicio comparere, diciturque habere mandatum à iure.*

3 *Maritus, extra dotalia, & parafrenalia non poteſt pro vxore in iudicio ſtare, abſq; ſpeciali mandato.*

4 *Maritus, in omnibus cauſis cum cautione rati poteſt pro vxore ſua in iudicio ſtare, & an praiudicet vxori ſi non vult ratiſicare.*

5 *Marito opponi debet ab initio, quod non habet legitimam perſonam, niſi præſtet, alioquin lite conteſtata non admittitur oppoſitio.*

6 *Maritus ſi ageret vigore mandati habiti ab vxore ſcripti, & in mandato deficeret poteſtas non auditur, etiam quòd alleget mandatum à lege, vel velit de rato promittere.*

7 *Maritus vigore mandati à lege, non poteſt vendere, aut alienare.*

8 *Maritus non poteſt recipere ſolutionem a debitore vxoris, ſine mandato habito ab vxore.*

9 *Proteſtatio, & denuntiatio facta marito an ſufficiat, ſi res ſpectet ad vxorem.*

10 *Coniunctus pro coniuncto ad agendum liberiq;, & parentes quando admittantur ſine mandato.*

11 *Libertus pro patrono, & patronus pro liberto an agere poſſit ſine mandato.*

12 *Coniunctus pro coniuncto, aut libertus pro patrono vbi ad eſſet procurator non poſſunt agere, niſi procurator negligeret.*

13 *Coniunctus an poſſit agere contra pariter coniunctum ſine mandato.*

14 *Mulier coniuncta an poſſit pro coniuncto agere.*

15 *Coniunctus ſi fuerit remotior excluditur ab abſtrictiore ab agendo.*

16 *Coniunctus in cauſis, vbi requiritur ſpeciale mandatum non poteſt agere pro coniuncto ſine mandato.*

17 *Pater pro filio, etiam ſine mandato in cauſis, vbi requiritur ſpeciale, poteſt comparere.*

18 *Sententia, quomodo proferenda, vbi coniunctus ageret pro coniuncto.*

19 *Ad defendendum quilibet poteſt comparere quantum uis extraneus, etiã ſine mandato.*

20 *Defenſor tenetur de rato promittere.*

21 *Caſus, in quibus defenſor non habet opus*

opus satisdatione.

22 *Prælatus potest defendere ecclesiam sine satisdatione.*

23 *Pater admittitur sine satisdatione pro defensione filij.*

24 *Exequutio sententiæ an fieri debeat in defensorem.*

25 *Coniunctus in causa criminali, vbi procurator admittitur, non potest coniunctum defendere sine speciali mandato, & similiter in causa spirituali.*

26 *An si dubitetur de mandato, admittatur coniunctus cum cautione rati.*

27 *Coniunctus volens allegare causam absentiæ tantum, an possit audiri sine mandato.*

DE PERSONIS, QVAE possunt pro alijs sine mandato in iudicio stare. Cap. XXVI.

ET pro complimento istius procuratorum materię sunt notanda etiam infrascripta scilicet, quod regulariter in iure 1 nemo pro alio sine mandato actionem intendere potest, text. in l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gestis ibi quamq; enim hoc ei imputari non possit cur alios debitores non conuenerit quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionem intendere poterit, accedit tex. in l. tutori, C. de negotijs gestis in illis verbis tutori, vel curatori similis non habetur, qui citra mandatũ negotium alienum sponte gerit.

Ab hac tamen regula excipiuntur non nullæ personæ, quę de iure possunt pro alio agere sine mãdato puta maritus pro vxore l. ma2 ritus, C. de procuratorib. multos allegat & sequitur Mastrill. decis. 131. quod procedit etiam si sit maritus putatiuus, Alberic. d. l. maritus per legem dotem ff. de ritu nuptiarum, & l. si vxor. §. 1. ff. de adulterijs, nam matrimonium putatiuum, ex tex. in mulieris commodum habet priuilegia, quæ habet verum l. si cum dotem, §. fi. ff. solu. matrimo. quam opinionem dicit veram Christofar. de paz ad ll. stili l. 10. scholio 1. num. 3. quidquid dicat Ias. in d. l. maritus, & Alberic sequitur Greg. Lopez l. 10. tit. 5. par. 3. glos. 2.

Intellige quod hæc procedunt in bonis dotalibus, & parafrenalibus vxoris pro quibus maritus dicitur procurator vxoris extra 3 talia bona maritus nullum dicitur habere mandatum ab vxore de iure, Alex. cons. 90. nu. 5. lib. 2. & iuribus ab vxore marito non traditis opus est speciali mandato, Misinger. cent. 3. obserua. 53. po4 test tamen in omnibus casibus, & causis vxoris suæ cum cautione rati in iudicio admitti, Castil. dec. 36. n. 6. licet tunc non præiudicet vxori si non vult ratificare, Alex. & alij in l. maritus, ff. de procurat. idem Alex. cons. 83. n. 4 lib. 6. & si

5 si fuerit admissus sine cautione, quia nõ fuit petita ante litis cõtestationẽ nõ prohibetur in iudicio stare, nec admittitur amplius exceptio Alex. ibi.

6 Limita quod supradictum est, vt non procedat quando maritus ageret vigore mandati habiti ab vxore in scriptis, quia in eo de quo non habet mandatum etiam cum promissione rati non posset audiri, & non potest dicere habeo mandatum à lege, quia non agit vti maritus, sed vti procurator quo casu iuxta formam mandati auditur, Castren. cons. 341. & cõs. 396. Ioachim. Mising. cent. 3. obseru. 53. & similiter si egit vti procurator vxoris, & non habet man datum non substinetur iudicium, quia maritus, Ias. in l. exigendi, C. de procuratoribus, & habẽs man datum in vna causa in alijs censetur prohibitus, Castill. decis. 36. num. 11.

7 Limita, & 2. principalem conclusionem quod licet in bonis do talibus, & parafrenalibus maritus vxoris dicatur procurator per d. l. maritus cum alijs concordan tibus non tamen eius mandatum extenditur ad vendendum, siue alienandum, quia tunc requiritur mandatum speciale, Alex. d. cons. 90. lib. 2.

8 Limita 3. quod non potest recipere solutionem, & debitor vxo ris soluẽdo marito non liberatur, l. cum maritum, C. de solutionib. Ias. in l. non solum, ff. solut. matrimo. & in l. maritus, C. de procurator. quod etiam verum est, & procedit in legato dotis facto mulieri l. seruo legato, §. si testator vbi DD. ff. de legat. 1. l. Titio centum §. Titio Genero, ff. de condit. & demonst. idem si dos mulieri fuisset promissa non posset exigere vir, & si soluatur non liberatur sol uens, l. quæ delegato, & l. seruum filij, §. eum qui Chirografum, ff. delegat. 1. Ruy. cons. 121. lib. 1.

9 Sublimita, vt protestatio, vel denuntiatio, quæ fieri debet vxori sufficit si fiat marito colligitur, ex tex. in l. aut quod aliter, §. sed & seruus, ff. quod ui, aut clam, & ideo emphyteuta, qui alienando sine licentia domini ammittit em phyteusim si denuntiat marito in commissum nõ cadit idem in omnibus alijs casibus, vt notat Ias. in l. maritus, ff. de procurator. appro bat Christofar. de Paz ad ll. stili l. 10. n. 6.

10 Rursus admittitur coniunctus pro coniuncto ad agendum sine mandato vsque ad decimum gradum liberiq;, & parẽtes, vsque in infinitum, gl. & scribentes, in l. sed hæ personæ, ff. de procurator. & similiter affinis pro suo affine, Christofar. de paz in suo tractat. scholia ad ll. stili, l. 10. n. 7. & Alex. cons. 4. n. 3. lib. 2. tenet quod trãsuersales vsq; ad quartum gradum admittũtur ante eum voluit Bar. in l. 1. n. 5. ff. de procurat. Ripa in

c. cum

c. cum M. n. 50. extra de constitutionibus, Aret. in §. fi. instit. de exceptionib sequitur Ioseph Ludouic. dec. 49. n. 1. lib. 1. sed Iodoch. Damhauder. in sua prax. ciuili, c. 95. tenet quod parentes pater, mater, frater, amici propinqui consanguinei cognati patrueles consobrini affines cum similibus possunt in iudicijs pro suis liberis & fratribus consanguineis propinquis, aut affinibus quãdo pro ipsis agere petere, aut defendere volunt idq; sine vllo procuratorio cum cautione tamen de rato, vel de iudicatum soluendo, vt infra, & de coniuncto quod possit pro coniuncto agere, Duenna regul. 123.

11 Et libertus pro patrono, & patronus pro liberto sine mandato agere possunt, l. sed & hæ personę ff. de procuratoribus, & consors eiusdẽ litis potest agere sine mandato pro consorte, l. 2. C. de consortib. eiusdem litis, & in istis casibus istę personæ tenentur cauere cum fideiussore, vel pignore de iudicatum soluendo, secundum gl. ibi in verbo cauere, ff. defendere, aut de rato promittere pro principali, vt notat Christofar. de paz ad ll. stili, l. 10. num. 14. Dec. cons. 9. & Crauett. cons. 109. nume. 4.

12 Ista regula fallit primo vbi alius fuisset constitutus procurator, quia existente legitimo procuratore non potest coniunctus, vel alius etiam cum cautione rati pro coniuncto comparere, Addit. ad decis. Sanctissimi Domini nostri Gregorij XV. dec. 548.

Sublimita vbi adesset procurator, & negligeret agere, vel comparere, Paul. de Castro in l. cum prætor ff. de iudicijs, Alex. & Ias. in l. exigendi, C. de procurator.

13 Limita 2. quando coniunctus vult experiri contra alium pariter coniunctum, quia non potest secundum Alex. in l. exigendi in 8. fall. de procurator. per l. si duos ff. de procuratoribus Ioseph Ludouic. dec. 49. num. 2. p. 1. & nume. 5.

14 Limita 3. in muliere coniuncta quæ non posset pro cõiuncto agere, l. alienã, C. de procuratoribus vbi Alex. & Ias. qui ita obseruari dicunt imo Natta cons. 143. nu. 6. lib. 1. tenet quod prædicta procedunt etiam in matre, & ratione ne feminę parcentes proprio pudori immisceant se iuditijs in cetu virorum contra l. alienam, C. de procuratoribus.

15 Limita 4. vbi coniunctus haberet abstrictiores, nam tunc non potest remotior agere, Cartar. decis. 44. num. 19.

16 Limita 5. in causis vbi requiritur speciale mandatum, Roman. sing. 613.

17 Sublimita in patre, quia potest pro filio etiam in causis vbi requiritur speciale mandatum comparere Roman. ibi & Anto. de Amatis

tis decis.70. num. 18.

18 Et ideo si coniunctus fuit condemnatus distinguendũ est quod aut produxit mandatum, & tunc fiet exequutio contra dominum, aut non produxit, nec probauit mandatum, & tunc fiet exequtio contra eum eiusq; fideiussores,& non contra Dominum,nisi doceret de rato,tex.in l.4.ff.de re iud. Papiensis in forma respons. rei c. si monitus,n.2.

19 Ad defendendum tamen mandatum non requiritur quilibet enim quantumuis extraneus potest Reum conuentum absentem defendere, & pro eo respondere, l.exigendi, C.de procuratoribus, l.solutionem,ff. de solutionib.ratio est,quia publicè interest,vt dicit Ias.in d.l.exigendi, in princip. quod procedit etiam actore inuito,& reclamante. nam quamuis actor nolit, defensor admittitur pro Reo,vt docet Abb. in c.constitutus,nu.7. de procuratoribus Speculator in tit.de defensore,n. 2. & hoc intelligitur dummodo

20 is qui velit defendere promittat de rato, quia nemo aliene litis defensor fieri potest sine satisdatione,tex.in l.qui proprio,§.qui alium,& in l.non videtur de procuratoribus,& in l.quod si de speciali, ff.de minoribus,l.rectè de iudicijs, & l.actor, ff. rem ratam haberi,& l.qui rem ff.de regul.iuris,§.ab eius,& §.si verò instit. de satisdatione.

21 Sunt tamen aliqui casus in quibus defensor non habet opus satisdatione videlicet si quis sit defensor ad vnum articulum tantũ veluti ad allegandas causas absentiæ, gl. in l. in eo quod plus §.nemo, ff. de re iudicata, & in l.exigendi,C.de procuratoribus,gl.in l.in eo quod §.1.de reg.iuris, Innoc. in c. veniens de accusat. vbi veram fatetur hanc opinionem quando quis allegat causas absentiæ facti puta morbum,& similes causas secus verò si defensor allegat causas absentiæ iuris, idest priuilegium quo casu debet habere mandatum,vel satisdare,& hãc distinctionem Innocentij sequitur Bal. in l.exigendi,C.de procuratoribus,& sine vlla distinctione hanc opinionem admittit, Ias. in d.l.exigendi,nu.2.& ad vnum articulum causæ defensorem admittit posse probat text. in l.2. C. de negotijs gestis,& ibi Bar.Paul. in d.l.exigendi,n.4.& Ias.in princ.

Secundo defensor non abstringitur satisdare quando vult defendere reum conuentum ex actis causæ nolitque producere nouos testes, neque instrumenta,vt testatur Innocent. in c. veniens de accusationib. Ang,in l.filius,n.6. ff.qui satisdare cogantur,Paul. de Cast.in d.l.exigendi, n.4. & ibid. Ias.nu.20.quinimó ad defendendum reum ex actis quilibet admittitur etiam aliàs inhabilis, ut minor, & mulier, & est ratio,quia si ne-

nemo defenderet Iudex debet ex officio defendere, vt tradit Accursius Gl. magna in l. vbi pactum, C. de trãsationibus quęcumq; enim Iudici constant . . . . ex actis intelliguntur ei notoria, & necessaria, c. quod speciale de appellationibus docet Ang. in d. l. familias, ff. qui satisdare cogantur n. 6 & 7. Ias. in d. l. exigendi de procuratoribus, n. 2.

22 Tertio admittitur sine satisdatione Prælatus, qui iudicio adest ad defendendum ecclesiam suam, Innoc. in c. cum inter de verbor. signific. Ang. in d. l. filius familias n. fin. & quod dicimus de Pręlato idem dicendum de prouisoribus fabricæ Magistris Hospitalium de Rectoribus, seu Gubernatoribus de Castellanis, domorum custodibus prætoribus exequutoribus testamentorum, & similibus, Iodoch. in praxi ciuili c. 95. n. 5.

23 Quarto admittitur sine satisdatione Pater, qui iudicem adit pro defensione filij tamquam legitimus eius administrator, text. in l. fi. ff. vbi adhuc C. de bonis, quæ liberis, l. fi. §. defensionem, C. de administratione tutorum docet Bar. in l. 2. §. fi. n. 6. ff. solut. matri. Ias. in d. l. exigendi, C. de procuratoribus, n. 2.

Vltimo releuatur quis à satisdatione, qui promisit iudicatum soluere hęc enim obligatio, & promissio sufficit ad releuandum procuratorem defensorem, & similes personas alieno nomine in iudicio interuenientes.

24 Et notandum est quod in hũc defensorem potest fieri exequutio iudicati, text. in l. Plautius, ff. de procuratoribus, ut scribit iuris Consultus in procuratorem simplicem non fieri exequutionem secus in defensorem quam conclusionem intellige præstita satisdatione, vt supra conclusum est hæc enim semper debet præcedere, ff. si vero instit. de satisdation. & est ratio, quia defensor facit litem suam adeò, vt ex causa iudicati conueniri possit, & sententia contra eum mandabitur exequutioni, l. si se non obtulit, ff. de re iudicata, l. eum qui ff. de minoribus. l. si procurator meus, ff. de procuratoribus, & in omnibus habetur tamquàm dominus; & omnia quæ exequuntur in dominos exequuntur in defensores.

25 Tandem aduertendũ est quod supradicta procedunt in causa ciuili secus in causa criminali, quia coniuncta persona sine speciali mandato in causa vbi procurator admittitur non potest in iudicio comparere, & coniunctum defendere sine mandato speciali, vt notat Andr. Isern. in rubr. constit. vt vniuersitas accusata, &c. & Affl. ibi n. 12. ratio, est quia vbi procurator in causa criminali admittitur debet habere speciale mandatum, ut colligitur in l. non solum, §. fi. in glo. in verb. nominatim, ff.

de procuratoribus, Alex. in l. exigendi, C. de procuratoribus, & sicuti in causa criminali coniuncta persona non potest defendere illum, qui potest per procuratorẽ se defendere ita in causa spirituali, vt dicit Speculator in tit. de cõiuncta persona vers. quid si causa est spiritualis, Abb. in c. non nulli. §. sunt & alij de rescriptis, & in c. corã de officio delegati, sed an si dubitetur de speciali mandato istius coniunctæ personæ admittatur cum cautione rati, Abb. in d. c. coram dicit quod sic, contrarium tenet Affl. in constit. vt vniuersitas accusata in rubr. nu. 12. in fi.

26

Sed si vellet allegare tantum causam absentiæ etiam in causa criminali sine mandato admitteretur, l. seruum, ∫. publicè, ff. de procuratorib. Alex. in l. exigendi, C. de procuratoribus, n. 3. & similiter posset etiam sine mandato absentem in causa criminali defendere in casibus in quibus procedi posset contra absentẽ ad sententiam diffinitiuam puta si vellet comparere ad ostẽdendam innocentiam apparentem ex actis, vel ex euidentia facti, Alexan. l. exigendi, C. de procuratoribus, nume. 17.

27

SVMMARIVM Cap. 27.

1 *Procurator in causa criminali regulariter non potest interuenire, & quare.*

2 *Procurator in quibus causis potest pro causa criminali in iudicio constitui, vel non remissiue.*

DE PROCVRATORE AN & quando admittatur in causa criminali. Cap. XXVII.

1 IN causa criminali regulariter non potest procurator interuenire, tàm ex parte Rei, quàm ex parte actoris probat tex. in l. pen. §. ad crimen ff. de publicis iudicijs, & in l. seruum quoq; ∫. publicè de procuratoribus, & hæc conclusio locum habet in delictis publicis, & in delictis priuatis, vt docet Iul. Clarus in numeros referẽs li. 5. §. fi. q. 32. & in iudicijs capitalibus, & corporalibus à relegatione supra, ut tenet Farinac. q. 99. n. 1. vbi multos allegat.

Ratio istius regulæ est, quia si ex parte Rei admitteretur procurator quilibet Reus procuratorem constitueret, qui pro ipso iudicio superesset, & responderet, & si damnaretur in aliquam pœnam corporalem non posset in eũ exequi snĩa, & ex parte accusatoris ratio est, quia si procuratorem constitueret, & deficeret in accusa-

ſatione euaderet condemnationem, quæ in eo facienda eſſet ad pęnam talionis omnia itaq; iudicia criminalia redderentur eluſoria, ſed cum pœna talionis non ſit in vſu iam ceſſat ratio in accuſato re itaq; hodie ex parte accuſatoris admittitur procurator ex parte vero Rei manet firma prædicta concluſio ita colligo ex Gomeſio de delict. to. 3. c. 1. n. 12. & 13. Iul. Clarus vbi ſupra, & eſt communis opinio teſtatur etiam Chriſtofar. de paz ſcholia ad ll. ſtili lex 15. n. 2. & Farinac. d. q. 99. n. 6. qui teſtatur ſic ſeruari in practica And. Gail de pace publica lib. 1. cap. 7. poſt numer. 7. Sigiſmund. Scacc. de iudic. cauſar. ciuil. & criminal. cap. 101.

Sicut etiam admittitur procurator pro Reo quando ex delicto Reus non veniret puniendus pœna mortis, aut corporis afflictiua, tex. in l. 1. verſ. ſin autem ff. an per alium cauſę appellationis reddi poſſint Accurſ. in l. ſeruum quoq; §. publicè de procuratorib. & ideo in delicto pęnam relegationis merenti, & ſimilibus procurator admitti poteſt ex mente Gl. in l. pen. ſ. ad crimen ff. de publicis iudicijs vbi Bar. & Paul. de Caſtr. Canoniſtè in c. veniens de accuſationib. & Menoc. de arbit. caſu 264. dicit quod hoc remittitur arbitrio iudicis ex mente Bar. Ruyn. Capyc. & aliorum quos ipſo refert, & ſimiliter admittitur procurator in delictis pro quibus veniret Reus pecuniaria pœna puniendus, Gramm. conſ. ciuili 37. & pro muliere etiam vbi cauſa eſſet capitalis Viuius, deciſ. 112. num. 4.

2 Sunt ad prædictam regulā Aliæ ampliationes, & limitationes de quibus copioſiſſimè ſcribit Proſper. Farinac. q. 99. per totam, Iacob. Philip. Portius concl. 38. lib. vlt. Anton. Gabriel lib. 7. concl. 9. Robert. Marant. in ſuo ſpeculo aureo de ordine iudiciorum titulo an ſit iudicium ciuile, vel criminale diſt. 1. nu. 51. Caſſan. ſuper conſuet. Burgun. rubr. 4. §. 5. gl. 3 n. 23. & ſeq. Menoc. de arbit. iud. lib. 1. q. 80. & lib. 2. caſu 264. Vincent. de Franch. dec. 314. Vigelius p. 1. digeſtorum li. 3. c. 1. titulo per quos iudicia publica competant pulcherrime, & omnino vidēdus Pet. de Gregor. ſintaſmatum iuris lib. 32. c. 24. lib. 49. c. 4. & Ioan. Ant. Rubeus in ſuo aureo tract. de poteſtate procuratoris, & defenſ. in cauſis criminalibus, per tot.

SVMMARIVM Cap. 28.

1 *Via quam quis elegit ſibi patere debet.*

2 *Actor cogitur iudicium ſemel ceptum proſequi.*

3 *Libellum reformare quid ſit.*

4 *Libellum emendare poteſt actor ſi agitur de formali emendatione poteſt quandocumque emendare, & quomodo.*

5 *Libellum emendare deducendo de re, vel quantitate petita, aut aliquid addendo non potest actor post litis contestationem.*
6 *Emendatio libelli, aut tangit rem, aut accessoriam, & quid iuris in vtroq; casu.*
7 *Emendatio si fit circa accessoria, aut accessoria emerserunt ante litem contestatam, aut post, & quid iuris in vtroque casu.*
8 *Actor potest liti, & causa in quacumque parte iudicij renuntiare.*
9 *Actor, qui vult renuntiare instantia tantum an, & quando possit inuito reo.*
10 *Actor si vellet renũtiare liti debet semper citare reum.*
11 *Libellus potest declarari in quacumq; parte iuditij.*
12 *Reus si petit declarationem libelli ante litem contestatam tenetur actor declarare.*
13 *Libellus in causa criminali mutari non potest.*
14 *Causa ciuilis, & causa criminalis, quæ dicatur. & quę mista.*
15 *Actor in causa ciuili ante litis contestationem potest libellum mutare post autem litis ei denegatur.*
16 *Actor non potest libellum mutare etiam parte consentiente post litis contestationem.*
17 *Actor etiam in causa appellationis non potest libellum mutare.*
18 *Actor an possit libellum mutare stante clausula cum potestate addendi.*
19 *Creditor habens exequutiuum si ingreditur in iudicium ordinariũ an possit reuertere ad exequutiuum, & in quibus causis.*
20 *Creditor de iure communi potest variare, & facere transitum de principali ad fideiussorem, & de vna re ad aliam, & de persona ad rem.*
21 *Creditor ex forma Ritus quando possit variare.*
22 *Creditor, qui vult variare de persona ad rem, vel è conuerso an teneatur dare nouam quindenam.*
23 *Actor quando possit plures actiones cumulare.*
24 *Actor si præponit duas actiones contrarias parte opponente tenetur eligere.*
25 *Pendente causa criminali quando supersedendum in causa ciuili.*

DE ACTORE, QVI VVLT libellum mutare emendare, vel ei addere, aut actiones plures cumulare an & quando possit. Cap. XXVIII.

1 SCimus in iure veram esse regulam, vt via quam quis elegit sibi patere debeat, per tex. in l. si mulier §. fi. ff. quod metus causa, Bal. in l. 1. n. 1. C. de exequutione rei iudicate Vincent. de Franch. dec. 279. n. 15. cum mille concordantibus non enim in 2 actoris potestate esse dẽt iudiciũ semel cęptum eludere, nam cogitur perseuerare quod semel absumpsit, Giurba dec. 55. nu. 17. & 18.

18.& tamen videmus actori quãdoq; licere etiam inuito conuento, & libellum emendare siue modum procedẽdi, aut actionem de vna in aliam variare, siue cumulare qua de causa opere pretium esse duxi ea, quæ pro legitimatione iudicij scitu digna sint hic scribere, & secundum practicatas cõclusiones relictis disputationibus distinguendo procedere.

3 In iudicio quandoq; contingit libellum emẽdare, idest male conceptum, vel formatum in melius reformare, Ias. in l. ędita, n 12. Decius n. 19. Cagnol. n. 84. C. de edẽdo, & emẽdare est extra vitiũ ponere, tex. in l. j. C. de emẽdãdo Iustiniano Codice modo si q̃rimus an liceat libellum emẽdare, & distinguẽdũ est, aut agitur de emendatione formali ipsi' libelli, & poterit emẽdari quandocumque vsque ad sententiam diffinitiuam dum tamen per sententiam reus ab illa instantia absoluat̃, vt l. libellorũ, ff. de accusationib. & l. 1. ff. si mẽsor falsum modum dixerit.

5 Aut agitur de emendatione rei vel quantitatis in libello deducte de qua loquitur glo. in l. edita, C. edendo, & tunc aut illa emendatio fit circa qualitatem actionis præpositę, & potest fieri quandocunque vsq; ad sñiam, vt l. in delictis, §. si detracta. ff. de noxalib. aut fit circa ipsam rem in libello petitam, & tunc aut emendatio

6 tangit principaliter ipsam rem, aut accessoria eius, primo casu admittitur emendatio vsque ad tempus ad quod admittitur mutatio, vt infra dicam secundo casu subdistingue, aut illa accessoria emerserunt ante litem contestatam, & idẽ seruandũ quod dixi de emendatione circa rẽ principalem argumento legis fundi, ff. de executione rei iudicatę, & l. ediles, §. itẽ sciendum, ff. de edil. edicto, aut

7 emerserunt post litem contestatã, & hæc quia pertinent ad iudicis officiũ non est quærẽdũ de emendatione, arg. tex. in d. §. itẽ sciẽdũ.

8 Quandoq; contingit in iudicio quod quis velit libellum mutare, & tunc est distinguendum, aut vult in totum desistere, & liti, & causæ renunciare, & potest in quacumq; parte iudicij, vt l. destitisse, ff. de iudicijs, & l. post quam liti, C. de pactis, aut vult

9 renuntiare soli instantiæ ipsius causæ, & de nouo inchoare, & aut reus huic renuntiationi consentit, & tenet renuntiatio, & poterit actor nouam instituere litem sicut si instantia per temporis lapsum esset finita, vt l. properãdum §. 1. C. de iudicijs, aut reus non cõsentit huic renũtiationi, sed vult quòd in causa procedatur, & tũc aut iudici constat reum esse absoluendum simpliciter ab instantia iudicij puta quia libellus est male conceptus, vel alia rationabili causa, & tenet renuntiatio sicut diximus de emendatione, per tex.

in

in l.libellorum, ff de accusationibus.& l.aliquando ff.ad senatusc. Velleian.l.qui per salutem, ff.de iureiurando, c.qualiter extra de accusationibus, aut non constat iudici reum esse absoluendum ab obseruatione iudicij, & tunc non tenet renuntiatio parte contradicente, sed Iudex debet procedere ad decisionem causæ, & cogere partes ad litigandum, iuxt. termi nos, tex. in auth. qui semel. C. quo modo, & quãdo Iudex, & l. de qua

10 re, ff. de iud. & ideo quãdo actor vult liti, vel instantiæ renuntiare semper citari debet reus, qui lędi potest, Ias. in d.l. postquam liti, n. 12. Dec. n. 8. & quod renuntiatio instantiæ parte inuita fieri non possit, Scrad. de feudis p. 10. sess. 19. nu. 175.

11 Quandoq; actor vult libellum declarare, & potest siue ante siue post litis contestationem, siue in causa ciuili, siue criminali semper declarare, per tex. in l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxalibus actio nibus, l. hæres, §. 1. ff. de testamen tis Franc. Marcus dec. del Finali 720. vol. 1. Camillus Borell. dec. 49. n. 103.

12 Fallit vbi ad petitionẽ rei fuisset actor compulsus declarare ante litis contestationem, Bart. in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudicijs, l. inter stipulantem, §. si stichũ, ff. de ver. oblig. & per Dy. in Regula contra eũ extra de reg. iuris lib. 6.

13 Quandoq; actor vult libellum mutare insistendo in eadẽ instantia iudicij, & tunc aut summus in causa criminali, & accusanti post præpositam, & scriptam accusationem nõ licet eam amplius mutare, & si accusator mutasset incideret in pœnam Senatusconsultus Turpilliani post Bart. in l. edita, Iaffr. Lanfranc. Balbus dec. 286. Incipit in criminali Camill. Borellus dec. 49. n. 158. & quæ

14 dicatur causa criminalis, & quæ ciuilis, quæ mista bene declarat Farinac. q. 100. c. 1. per totum.

Aut summus in causa ciuili & dicẽdum est quod actor ante litis contestationẽ potest libellum siue petitionem mutare post autẽ litis contestationem ei negatur per tex. in l. non potest ff. de iudicijs vbi omnes l. at eius & l. sequẽ ti ff. de aqua pluuia arcenda Bart. d.l. edita nu. 7.

Ampliatur etiã partibus consentientibus post litem contestatam libelli mutatio in his terminis non permittitur Bal. in auth. & hoc sacramentum C. de iuramento calumnię, & ratio est, quia sententia super isto nouo libello esset super re super qua non est lis contestata, & esset nulla, argum. tex. in l. prolatam, C. de sententijs & interloquutorijs omnium iudicum, Ant. de Alex. in d.l. edita, Pa nor. in c. 2. n. 29. de libelli oblatio ne, Matthias Coleran. decis. Germaniæ 109. n. 1. & dec. 122. nu. 5.

Milan.

Milan. dec. 8. n. 43. li. 2. litis enim cõteſtatio eſt actus iudicialis, qui conſenſu portius ommiſſi nequit gl. Bart. Ant. de Alex. & alij quos Camill. Borell. dec. 49. n. 98.

17 Ampliatur etiam in cauſa appellationis, l. ſi quis libellos cum gl. & Balo. C. de accuſationibus, Alex. Iaſ. & Decius in d. l. edita vbi etiam Cagnolus.

18 Ampliatur etiam ſi in libello apponatur clauſula ſaluo iure addendi, & minuendi, de qua clauſula, eſt tex. i c. inter dilectos de fide inſtrumentorum tunc eius vigore non poterit libellus mutari, vel emendari poſt litem conteſtatam Iaſ. qui teſtatur de communi in l. edita, C. de edendo, n. 41.

Multas ampliationes, & limitationes ponit ad regulam, Tuſc. concl. 322. to. 5.

Diximus quod ſi pars velit libellum emendare in forma quod poteſt in quacumq; parte iudicij dummodo reus abſoluatur ab inſtantia iudicij videamus ſi actor

19 poteſt executiue procedere, & tamen elegit viam ordinariam an poſſit variare, & de ordinario iudicio reddere ad executiuum, tex. in clementina ſæpe de ver. ſignif. vbi Doctores, & Roma. conſ 133. Imola in l. 2. ff. a quibus appellare non licet n. 4. princ. tenet quòd creditor, qui potuit executiue procedere eligendo remedium ordinarium non poteſt amplius deuenire ad executiuum, ita etiam tenet Robertus, Maranta in ſpecul. aureo p. 6. in 8. actu, n. 14. & diſp. 6. n. 24. & 28. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe, Roderic. Suar. Imola, Bald. Galleſius, Caualc. Burg. de paz, Gutterez, Auiles, Auendan. Monterus, & alij quos Don Garſia Maſtrill. allegat, & ſequitur dec. 157. vbi dicit fuiſſe deciſum quod ſi debitor præueniat petendo in iudicio ordinario ſibi competere legitimam exceptionẽ aduerſus inſtrumentum, & creditor in iudicio iſto conſenſerit præiudicatur in via executiua, & caute la eſt ne præiudicetur quod ſtatim cauſet executionẽ tunc enim iuditium prꝗuentionis tentatum per debitorem reſoluitur, & hauim exceptionis, & incipit a ſecunda petitione, quia prima euaneſcit, ſecundum Aret. Dec. Soc. Milanenſ. Contard. allegatos per Maſtrill. vbi n. 21. cæterum ſi creditor citatus, & præuẽtus taceat, & conſentiat etiam tacita cẽſetur renunciaſſe viæ executiuæ ibi n. 22. & 23. & quod creditor procedendo ordinarie non poſſit amplius reddire ad executiuam, Marius Giurba dec. 74. nu. 6. & dec. 100. n. 53. vbi more ſuo innumeros allegat Doctores Cęſar Manenti dec. 11. nu. 36. Marcheſ. de commiſſ. p. 1. ℱ. 1. fol. mihi 725. Velaſq. Azebedo, Parlador. Molina de primogen. & alij quos Nouar. in tractat. de dacione inſolutum neceſſaria, p. 1. q. 6. n. 6.

Li-

Limitatur ista conclusio vbi iudicium ordinarium fieret sine cō-sensu actoris, scilicet, vbi aliqua ex causa actor ordinarie agere co geretur, nam tunc non præiudicaretur in suo executiuo, Robert. Maranta in specul. aureo p.6. & actu, n.14. & disp.6.n.24. Roder. Suarez in l. post rem iudicatam, ver. finaliter, n.1.ff. de re iudicata Gallesius ad formam cameræ oblig. q.2. n.4.

Limitatur 2. vbi fuisset processum executiue, & velit actor executionem mutare in ordinarium iudicium ob defectum executionis, quia potest mutare, Alex. cōs. 34.n.3. vol 3. Corneus cons.18. lit.t. & cons.218. lit.B. lib.3.

Limitatur 3. vbi ordinariè procederetur protestatione quod nō intelligatur præiudicium generatum modo executiuo, Mariscott. lib.1. variar. resol. c.38.n.4.

20 Tandem notandum est, quod actor de iure communi in executiuis poterit variare, & facere trāsitum de principali ad fideiussorem, de vna re ad aliam, & de persona ad rem Corneus, Ant. de Fano, Lancellot. & alij quos allegat, & sequitur Caualc. dec. 1.p.1.nu. 15. Monter. dec. Aragoniæ 23.

21 De forma autem ritus nostri c. 127. si fuerit causata executio contra aliquem, & habuerit effectum in personam liceat creditori reddire ad bona pro toto debito ipsius, & si redierit ad bona pro toto debito ex carceretur debitor facta prius satisfactione debiti ex bonis prædictis vbi vero creditor primo elegerit bona, quę sufficiāt ad satisfactionem totius debiti, & expēsarum, & interesse non liceat ei amplius molestare personam nisi duobus casibus primo si bona non sufficerent secundo si nō essent expedita iste Ritus apud nos seruatur ad vnguem, & pro for-

22 ma, sed si creditor variare velit de persona ad bona, vel de bonis ad personam debet stante nouo adimplemento dari noua quindena ratio est, quia debitor si fuerit captus de persona posset præponere exceptiones, quæ non cō petent vbi adimplementum fieret super rebus, & e contra si fuisset factum adimplemētum super rebus, & creditor vellet variare ad personam possent competere exceptiones ratione rei, quæ non posset opponi vbi adimplementū est de persona, & sic vidi fuisse practicatū in M. R.C. nostra, vt testatur quidam practicus de Ta-

23 gliauia, si vero actor vellet plures actiones cumulare, & similiter distinguendum est, aut summus in causa criminali, aut summus in causa ciuili si causa est criminalis, & dicendum quod regulariter ciuilis, & criminalis actionis cumulatio improbatur, text. est in l.2. c. hoc ædito, ff. de ui bonorum raptorum, & l. ex morte, C. ad legē aquiliam l. interdum, C. de publi-

cis

cis iudicijs, gl. in l. 1. ver. vtroq;, C. quando ciuilis actio criminali præiudicat vbi Odofred. Fulgos. Iacob. Butrigar. & alij quos allegat & sequitur Farin. q. 100. c. 3. n. 123. vbi ex comunissima, & recepta sñia qñ ex eodem facto, & ex causa diuersæ oriunt̃ actiones ciuilis, scilicet, & criminalis aduersus vnam eamdemq; personam licet ad diuersa agatur non posset eodem tempore ciuiliter, & criminaliter conueniri, Maranta de ordine iudiciorum 4. p. dist. 1. Iulius Clarus in §. fi. q. 2. in princ.

Et licet si actio criminalis fuisset ad furtum intentata poterit implorari officium iudicis, vt faciat restituete rem furatam, per tex. in l. interdum ʃ. qui fures, ff. de furtis tamẽ Bar. in d. l. 2. §. hoc edicto, n. 2. ff. de vi bonorum raptorum, subdit, quod quãuis possit criminalis actio criminaliter intentari, & ciuilis, in consequentiam non tamen e contra posset ciuilem quis actionem intentare principaliter, & criminalem in consequentiam.

Aut summus in causa ciuili, & distinguendum est, aut actiones tendunt ad idem, aut tendunt ad diuersa si actiones, tendunt ad idẽ actor tenetur vnam ex eis eligere, & vna electa ad aliam amplius non datur regressus, text. est in l. quod in hęredem, §. eligere ff. de tribut. Gabriel concl. 1. de actionibus vbi sunt ampliationes, & limitationes, & quod diximus de pluribus actionibus, idem dicendum de plnribus remedijs competentibus ad idem puta si daretur remedium iuris, & remedium statuti tunc alterum quilibet tenetur eligere, & facta electione aliud tollitur Ang. Aret. in ʃ. 1. nu. 23. ver. sunt tamen. aliqui instit. de actionib. & ibi Ias. n. 125. Purpuratus in l. edita, n. 217. C. de edendo, & in causis criminalibus est videndus, Bart. in l. 1. §. vnde quæritur ff. de publicis iudicijs.

Si plures actiones tendunt ad diuersa. & possunt cumulari, vt tenet Laderch. conf. 93. nam quãdo actiones descendunt ex diuersis causis, & tendunt ad diuersa vna electa alia non tollitur, Surd. dec. 327. n. 24. & 28. ibi ex pulsio, & portionis ex actio descendunt ex diuersis causis ergo se inuicem cõpatiuntur, nec vnum tollitur altero electo late Honded. conf. 44. n. 36. lib. 2. maxime vbi proceditur veritate inspecta, Surd. conf. 129. n. 45.

Sed ista cumulatio fieri debet ante litis contestationem, vt adoertit Papiensis im forma libelli actionis realis in gl, saluo iure addendi, n. 11.

Ampliatur, quia licet de iure plures contrarię actiones nõ possint cumulari eodẽ libello, & eadem instantia, l. 1. C. de furtis, glo. & doctores in capitulo sollicitudinem de app. Ias. in l. eũ, qui n. 2.

C·de inofficioso testaméto id procedit vbi copulatiue plures actiones contrariæ proponerentur, sed quando códitionaliter, & successiuè proponuntur tunc cumulatio permittitur secũdum Puteum dec. 21. lib. 1. Honded. conf. 44. n. 38. lib. 2.

Limitatur vbi proponeretur actio reuendicatoria, & hypotecaria, nam licet istę duæ actiones contrariæ præponi possint, & dicendo spectat, & pertinet cẽsetur ius dominij, & pignoris deductũ secundum Papiensem vbi infra tamen non posset vtrumq; prosequi, quia ius dominij, & ius pignoris non concurrunt in eadem re, sed debet eligere secundũ Papiensem in forma libelli actionis realis in gl. saluo iure addendi.

24 Vnde si pars opponit quod actor declarare habeat super quo velit insistere aliàs protestatur de nullitate, actor tenetur facere declarationem, Ang. in l. Papinian. §. si quis initium, ff. de inoffitioso testamento, Aret. in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acq. poss. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. & si libellus alternatiuus non fuisset declaratus sequi debet absolutoria, & iudex procedendo ad vlteriora iniuste facit, & dicitur partem grauare, & tollere defensionem Reo, ita tenet decisio Mantuana teste manente dec. 11. n. 38

25 Et an pendente causa criminali supersedendum sit in causa ciuili, vel è contra, Farina. q. 100. c. 2. & Mastrill. dec. 220. & si actio ciuilis possit cumulari cum actione criminali, & quando vna electa alia tollitur Farin. d. q. 100. c. 3.

SVMMARIVM Cap. 29.

1. *Rei stipulandi, & Rei debendi quando & ex quibus verbis dicantur constituti.*
2. *Agens aduersus plures pro eadem summa ei obligatos videtur agere aduersus singulos pro partibus virilibus.*
3. *Arbitrium datum Capitaneo, & Iuratis intelligitur pro virili parte, & ideo Capitaneus habet vnam vocem, & Iurati habent aliam.*
4. *Res promissa si est indiuisibilis debetur a quolibet, insolidum.*
5. *Vir & vxor vbi confitentur pecuniã recepisse præsumitur totam peruenisse ad virum.*
6. *Vir siue maritus si cum vxore vendit fundum etiam dotale, & ambo confitentur pretium præsumitur totum peruenisset ad maritum, nisi probetur pretium versum fuisse in vtilitatem mulieris.*
7. *Pretium quod fuerit conuersum in vtilitatem mulieris aliter probari debet quam instrumento venditionis & hoc siue mulier sit principalis vẽditrix, siue fideiubeat.*
8. *Maritus, & vxor si simul stipulantur acquiruntur pro dimidia, secus si obligantur. quia semper præsumitur* mu-

mulier ad preces mariti interueniße & pecunia semper præsumitur peruenisse ad virum.

9 *Maritus, & vxor vbi agitur de acquirendo pro virili acquirunt.*

10 *Maritus emens nomine vxoris vxori acquirit.*

11 *Stipulatio facta à pluribus quando non est dictio insolidum censetur pro ratha.*

12 *Obligatio de soluendo centum Romæ, & Florentiæ intelligitur pro medietate in singulo loco.*

13 *Pater & filius simul vendunt rem vnius ipsorum quando pretium præsumitur perueniße ad vnum eorum & pro qua parte tenentur de euictione.*

14 *Duo si obligantur insolidum, & alter recipit pecuniam alius præsumitur fideiussor.*

15 *Fideiussor insolidum obligatus vtrum possit allegare exceptionem excussionis principalis.*

16 *Pater, & filius si confitentur dotes recepisse, sine dictione insolidum an teneantur reddere pro rata.*

17 *Filius vbi pecunia peruenit ad patrem an possit petere quod fiat discussio suis expensis.*

18 *Plures insolidum obligati possunt omnes vnico libello conueniri, sed in hoc aduertat aduocatus, vt ponat protestationem quod vnica solutio sufficiat alioquin censentur conuenti pro rata, licet insolidum sint obligati.*

19 *Plures conuenti si fuerint condemnati, & res fuerit indiuidua tenentur insolidum.*

20 *Plures si insolidum sunt obligati non possunt eodem tempore pro eadem summa in diuersis iuditijs conueniri.*

21 *Plures rei pro causa criminali si sunt diuersi fori an quilibet ad suum iudicem remittendus.*

22 *Creditor habens duos, vel plures insolidum obligatos agit contra vnum pro sua rata, qui fuit condemnatus, sed inde repertus non soluendo an possit inde insolidum agere contra alios.*

23 *Creditor exigendo, aut petendo ab vno ratham quando sunt insolidum obligati non præiudicatur quo ad alios, nisi solutio, vel petitio correspondeat rathæ, & portioni soluentis.*

24 *Correi credendi, vel debendi factum an prosit, vel noceat alteri correo, siue agendo, siue confitendo, siue paciscendo, vel transigendo, aut iuramentum deferendo, aut exigendo, & an sententia lata pro, vel contra vnum ex correis credendi, vel debendi iuuet, vel noceat alteri, et quãdo vnus correus passus est per collusionem se superari, remissiue.*

DE LEGITIMATIONE personæ Rei stipulandi, & Rei debendi. Cap. XXVIIII.

CReditores, vel debitores aliquando stant sub simplici verbo creditorum, vel debitorum aliquando plures credi-

tores appellantur rei stipulandi, & plures debitores appellãtur rei debendi, tex. est in l. secunda, ff. de duobus reis, & institu. eodem tit. ∫. 1. & hoc cõtingit quoties vna res promittitur à pluribus insolidum, & dicuntur rei debendi, vel quoties vna res promittitur pluribus insolidum, & dicũtur rei credẽdi, nam tunc singuli insolidum tenentur, & singulis insolidum actio competit, nisi aliud in contractu actum sit ita communiter omnes cum Bar. in d. l. 2. de duobus reis Papiensis in forma libelli de duobus Reis debendi in gl. coram vobis in fine, sunt, & alia verba ex quibus tacitè absq; dictione insolidum dicuntur constituti duo rei debendi veluti si à duobus sub dictione, aut vel alia simili alternatiua idem debeatur, vt si aliquis stipuletur ab alterutro, seu ab vno, vel ab alio, & similiter si in illorũ promissione est dictio idem vel eadem, quæ dicuntur à DD. relatiue, vt si dictum sit ex qua summa obligatus est meuius ex ea me obligo, & vt latius explicat Ant. Rõcagall. in ∫. cum tabulis 69. n. 71. cum seq. & sub n. 79. cum sequẽt. declarat etiam quibus verbis dicantur cõstituti duo rei credẽdi.

Vbi vero una res a pluribus absque dictione insolidũ, & extra casus prædictos promittitur regulariter in dubio intelligitur pro equali, & virili parte per text. in l. Reos, ∫. cum tabulis, ff. de duobus reis auth. hoc ita C. de duobus reis etiam quod in contractu fuerint renuntiata iura dictantia plures reos conueniri deberi pro ratha ita Puteus dec. 177. p. 1. & p supradictum tex. dicit Alexan. in conf. 24. quod incipit visis duobus in princ. lib. 1. quod si vir confitetur recepisse dotem ab vxore, & socero intelliguntur vxor, & socer soluisse dimidiam pro quolibet, & notat Dec. conf. 252. quod si testes deponant plures possidere, & non dicant pro qua parte nihilominus probãt quod quilibet possidet pro equali quod dictum refert, & sequitur Crauet. cõs. 61. n. 4. Mascar. concl. 1206. & Ioan. Ant. Roncagall. in tract. de duobus reis, ∫. cum tabulis n. 16. cum seqq. tenet quod agens simpliciter aduersus plures pro eadẽ summa ei obligatos videtur agere aduersus singulos pro partibus virilibus, & arbitrium simpliciter datum pluribus puta Capitaneo, & Iuratis intelligitur datũ illis pro virili parte, & ideo Capitaneus habet vnam vocem, & Iurati aliam, & assertio plurium quòd teneantur ad certã quantitatẽ intelligũtur pro partibus virilib⁹ singulorũ, & cõmunicatio rerũ facienda quo ad plures intelligitũ pro partib⁹ equalib⁹, & dat ibi alia similia.

2

3

4

Limita primo dispositionem dicti tex. in l. reos vbi res promissa esset indiuisibilis, quia tũc quilibet tenetur ad totum, v. g. plures

res

res promittunt edificare domum aut facere furnum tunc faciendo quis partem suam non liberatur, tex. in l. stipulationes, ff. de verb. oblig. Peguer. dec. 181. Affl. dec. 218. Giurb. dec. 46. nu. 5. Io. Ant. Roncagall. §. cum tabulis nu. 15. ver. partes viriles, & si vnum totũ furnum facit totam mercedem habere debet, l. si plures, C. de conditionib insertis tex. in l. in exequutione, ff. de verb. oblig.

5 Limita 2. vt non procedat iste tex. in viro, & vxore cõfitentibus pecuniam recepisse, quia non ad quemlibet pro dimidia, sed ad virum totam peruenisse pręsumitur tum quia principaliter negotium ad eum spectat ex quo substinet onera matrimonij, tum etiam q̃a ex veris similibus coniecturis, ac longeuo, & consuetudo vsu ita præsumendũ est secũdũ Crauett. conf. 91. & ita si maritus, & vxor

6 vendunt fundum dotalem, & ambo confitentur pretiũ, si non probatur pretium versum inutilitatẽ mulieris p̃sumitur ad maritũ peruenisse, Alex. conf. 38. lib. 2. Affl. dec. 209. qui refert ita fuisse iudicatum, & mulier non tenetur in aliquo nisi in quantum probatur ad eam peruenisse, Bal. Paul. Saly. speculator & alij quos Cabellin.

7 Milleloq. 326. p. 1. & ista probatio de vtilitate mulieris aliunde probanda est quam ex instrumento, Mariscott. c. 5. n. 4. & 5. lib. 2. variar. resol. vbi sub nu. 12. & 13. & seq. tenet prædicta procedere, siue mulier principaliter se obliget cum viro siue ipsa principalis vir autem fideiussor siue se obliget cum socero, vel priuigno, aut fratre viri, verum quod cõtractus ratione iuramẽti valet, & non rescinditur, nisi ob lęsionem, Mariscot. ibi, & nos cum Thesauro infra, & quando vxor & maritus rẽ aliquam vendunt, vel donant simul vel eorum alter cum consensu alterius tunc videtur is contrahere cuius erat res, vel ad quẽ spectabat Natta conf. 552. n. 2.

8 Secus quando maritus, & vxor simul stipulantur Affl. decis. 209. Gamba dec. 366. Tiraq. de retra. Lignager. §. fi. gl. 1. nu. 4. cum sequent. Idem in promissione facta iugalibus, nã semper intelligitur pro ratha, nisi dictum sit insolidũ, quia tũc essent duo rei credendi, Bero. cõs. 181. n. 6. vol. 1. Et quid si ambo emant prædiũ, vel acquirant possessionẽ an cẽseantur pro virili, & an possit agi cõtra mulierem ad ratam pretij, Ofasc. Gabriel, Honded. & alij quos allegat Io. Bapt. Costa q. 42. de portion. ratæ, vbi etiam quando maritus, & vxor faciunt depositum an intelligatur pro virili, & in venditione quod totum pretium præsumitur peruenisse ad maritum, & mulier præsumitur adhibita p̃ forma sunt vidẽdi DD. à dicto de Costa allegati, qui sub n. 5. distin-

9 guit vel agitur de acquirendo, & tunc maritus & vxor possunt acquirere à tertio, & procedit stipu-

la-

lationis effectus pro rata modo absit fraus, & quod adest vxori non absit à marito, nam si maritus emit nomine vxoris vxori acquirit, & sibi imputet, quia non præsumitur simulatio, Farin. dec. 317. lib. 2. ex antiquis secundus casus est quando agitur de alienatione bonorum simul facta, & tūc non obstante confessione mulieris circa pretij receptionem præsumptio ea capiēda est quod totū pretium peruenit ad maritum etiam si constaret de pretij numeratione facta vxori pro dotis restitione, quia restitutio antecipata est multum suspecta, & intelligi debet ad præiudicium viri, & mulieri assertio iurata tantum nocet cum cauta sit in bonis viri aliàs si non potest esse consultum indemnitati mulieris non obstante eius consensu placet temperamētum quod tradit Thesaur. decis. 223. n. 9. pro quibus omnibus sunt videndi, Osasc. Cæsar Bartius, Gail Gabriel Rota Florent. per Magonium, & Honded. & alij quos refert dictus de Costa d. q. 42. n. 5. cum seq. & quod diximus de obligatione facta viro & vxori quādo non est dictio insolidum quod cēseatur pro virili idem dicendū de obligatione facta alijs plurib. quod cēseatur pro ratha, & nemo potest petere, nisi partem suam, Bal. cons. 97. lib. 5. in fi. & procedit etiam ratione rerum, & locorum, & ideo obligatio facta de soluendo cētum Romæ, & Florētiæ intelligitur pro medietate in singulo loco, tex. in l. 3. §. si qs stipulatur, ff. de eo quod certo loco.

Et in patre, & filio pretium, aut pecuniam recipientibus, & quando duo vēdunt rem vnius ipsorū alter teneatur de euictione, & pro qua parte vidēdus omninó Tiraquell. in consued. Pit. §. 31. gl. 1. n. 4. & 3. & si duo obligantur in solidum, & vnus recipit pecuniam, præsumitur alter fideiussor respectu alterius, & respectu principalis crditoris dicitur principalis debitor est vidēdus, Gabriel concl. 2. de fideiussor. & an isto casu possit allegare excussionem principalis dic aut fuit renuntiatum beneficio excussionis, & non potest, aut non fuit renuntiatum, & tūc aut veritate inspecta illius est fideiussor, & hoc cōstat, & admittitur talis exceptio excussionis, si vero non constat ipsum esse fideiussoré, quia instrumētū aliter sonat, & tunc non auditur latè Papiensis forma libelli quando plures Reos Gl. qui licet insolidum, nu. 6. & in confessione de recepta dote per patrem, & filium cum promissione de illa restituēdo vbi non adest dictio insolidum an reddi debeat pro ratha, Cyn. Bar. Alexand. & alij in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solu. matr. Bal. Nouell. de dote p. 7. priuileg. 38. Campeg. eodem trac. q. 179. Crauet. cōs. 91. Surd. dec. 46. post volu-

lumen quartum consil. Menoch. de præsumpt. lib. 3. presumpt. 14. & an pecunia præsumatur peruenire ad manus Patris Vincent. de Franch. decis. 381. & si pecunia 17 peruenit ad patrem filius potest opponere quod fiat discussio de bonis patris suis expensis, & è contra omninò videndus Costa de portion. ratæ, q. 21. num. 6. & sequent.

18 Plures insolidum obligati possunt omnes vnico libello conueniri, sed in hoc sit cautus aduocatus, vt ponat protestationẽ, quod vnica solutio sufficiat alioquin si fuerint plures insolidum obligati, & insolidum conuenti sine dicta protestatione censentur conuenti pro ratha, & sententia condẽnatoria etiam cẽsetur pro rata DD. quos Costa de portion. ratę quæst. 33. Maranta in speculo aureo p. 4. distinct. 1. nu. 14. & ista est verior opinio quicquid dicat Salyc. in Auth. hoc ita C. de duobus reis quem sequitur Iaffred. Lanfranc. Balbus dec. 119. vt colligitur, ex Affl. Caualc. Ripa, Alexand. Corneo, Deciano quos Milan. decis. 14. num. 86. lib. 1. Verall. decis. 343. par. 1. Vincent. de Franch. dec. 228. Boerius dec. 59. & dec. 310. Cancerius lib. 3. capit. 17. num. 292. Giurba dec. 19 46. Sed hæc vera sunt in diuiduis, secus si essemus in indiuiduis Aloysius de Leo, Afflictus, & Pegner. quos Giurba vbi supra, nume. 5. vbi dat exemplum in actione hypotecaria, & in sententia pro ea contra plures, quæ exequitur contra quemlibet insolidum, & dat ei Giurba alias duas fallentias quas quando casus occurrit potes de facili videre.

20 Et isti insolidum obligati non possunt eodem tempore, seu pendente lite cum vno, alius conueniri in diuersis iuditijs ipsis ipsis inuitis, & contradicentibus, ne diuersis instantijs molestentur Bart. in l. non est nouum ff. de action. emption. Papiensis latius vbi supra, glo. contra, & aduersis per totam.

21 Hæc in causa ciuili quid in criminali si plures rei pro vno delicto inquiruntur, qui sint diuersi fori an quilibet ad suum iudicem sit remittendus, & quomodo procedendum, Mastrill. decis. 269.

22 Sed quid si creditor habens plures correos insolidum obligatos conuenit vnum pro sua portione tantùm nulla facta protestatione circa præiudicium petitionis, & illo condemnato, ac in exequutione non reperto soluendo agit contra alios correos pro toto debito, qui opponunt de re iudicata, & de diuisione facta, & dicunt non teneri, nisi pro sua ratha quid iuris est omnino videndus Gaspar Thesaurus questio. forensi 40. lib. 4. Lanarius consil. 19. Mantica de tacitis, & am-

ambiguis lib. 15. titul. 5. Henrigius fideiussorib. cap. 27. par. 2. Alex. Trentacinq; variar. resolut. lib. 3. tit. de solution. resolut. 6. & quando interuenit protestatio videndus est Afflict. decis. 142. Alexan. Trentacinq. eodem titul. resolut. 34. num. 18. additur etiam

23 quod ad hoc vt creditor sibi præiudicet petendo, aut exigendo ab vno & remittat obligationem solidi, iuxta text. in l. creditores, C. de pactis requiritur quòd solutio puntualiter correspondeat rathæ & portioni soluentis, quia si in aliquo excedat, vel minor sit non intrat dispositio dictæ legis glos. in l. inter eos, §. primo, in verb. soluit vbi Angel. in fine, ff. de fideiussorib. Decius dicta lege creditores, num. 2. Iason. post nume. 3. ver. limita quatuor modis Bellam. cons. 44. num. 3. Roncagall. in l. 3. vers. vtique num. 92. ff. de duobus reis, Rota Romana per Santissimum Dominum Papam Gregorium dec. 302. nu. 7.

Insuper isti duo rei credendi, & duo rei debendi constitui possunt non solum in contractu, qui verbis celebratur, sed etiam in ceteris contractibus, qui re celebrantur veluti in contractu emptionis locationis, in deposito commodato immo ét in testamẽto, text. in l. eamdem, ff. de duobus reis late Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 15. titu. secundo, per totum, & titulo 3. & sequantibus bene declarat quibus modis duo rei constituti intelligantur an obligatio duorum reorum sit vna, vel duplex. & quemadmodum duo rei conueniri possint, & quando diuisio actionis a creditore facta intelligatur, & quibus modis duorum reorum obligatio tollatur.

24 Et si uis videre an factum vnius correi credendi, vel vnius rei debendi pro sit siue noceat alteri, siue agendo, siue confitendo, siue paciscendo, vel transigendo, aut iuramentum deferendo, aut exigendo, & an sententia pro, vel contra vnum iuuet, aut noceat alteri, & quando vnus correus passus est per collusionem se superari, latissime Roncagallus de duobus reis, l. ex duobus reis stipulandi 16. & Papiensis in forma libelli contra plures reos in glos. quilibet, Bartol. in l. ex duobus, ff. de duobus reis quẽ allegat Mantica vbi supra, titu. 6. num. 8.

Occurrit in duobus reis multoties difficultas quid si vnus ex duobus reis debendi alteri heres extiterit, vel vnus ex duobus reis credendi alteri successerit vtrum obligatio dissoluatur dic quód neutra obligatio dissoluitur, sed vtraque manet in persona vnius text. in l. si reus, ff. de duobus reis, & l. generaliter, & l. si reus, ff. de fideiussor. & l. si duo rei, ff. de solutionibus.

Sed

Sed si creditor, qui solus sit vni ex reis debendi hæres fuerit distinguendum est, aut isti rei debendi erant socij, & tunc ab alio cui hæres non exstitit partem tantum potest petere, l. Vranius, ff. de fideiussoribus, aut non erant socij, & de rigore iuris creditor potest ab altero solidum petere, dicta l. Vranius, sed ex æquitate subdistinguendum est, aut duo rei sunt constituti ex causa onerosa, aut ex causa lucratiua primo casu, aut omnis pecunia ad eum cui extitit peruenit, aut pro parte, & tunc creditor eatenus exceptione submouetur quatenus creditor commodum ex hæreditate percepit, quia pro ea parte pro qua commodum sentit contra se ipsum non potest cedere actionem, l. stichum, §. penult. ff. de solutionibus, glos. dicta leg. Vranius item si exegit pro ea parte tenetur restituere a quo exegit, text. in leg. prima, C. de duobus reis, & ideo dolo facit cum petit quòd restiturus est, l. d oli, ff. de doli mali exceptione, sed si ad eum cui succesit nullum commodum peruenit exceptio nulla ei obijci potest, quia causa dandę exceptionis non subest ita Bartol. in l. ex duobus, la secunda, nume. 33. ff. de duobus reis, & in auth. hoc ita C. eodem num. 58.

Et quando duo rei sunt constituti ex causa lucratiua, quia ex mera liberalitate contracta est obligatio nulla subest causa dandæ exceptionis, l. in l. falcidia hoc esse seruandum, ff. ad l. falcidiam, & Bar. ibi

Si vnus ex reis debendi successit vni ex reis credendi alter potest ab eo petere partem si sint socij, alioquin eam partem petere potest, quæ ab eo profecta est, sed si ex mera liberalitate duo rei sint constituti alter totum petere potest per ea, quæ supra dicta sunt, & similiter si vnus reus credendi vni reo debendi, qui solus sit hæres exstiterit eadem ratione totum petere potest, vt Bart. ibi.

Nec obstat si dicatur quòd aditio hæreditatis habetur pro solutione, l. si debitori creditor, ff. de fideiub. l. stichum, §. aditio ff. de solution. nam respondetur quòd non accipitur pro solutione vbi hæres, nec lucrum percipit, nec damnum sentit doct. in d. §. aditio.

Contra Bar. fuisse decisum in hoc vltimo dicto de duobus reis ex mera liberalitate testantur Viuius dec. 379. Thesaur. decis. 191. & Mastrill. dec. 224. quos quando casus occurrit vide omnino.

vltra supra allegatos DD. Afflic. in constitutione si dominus vassallus, nume. 11. Surd. consil. 367. numero 18. & sequent. Magonius decis. 6. Luccæ Vrsill. ad ad Afflict. decis. 241. Pirr. Maur. in tracta. de fideiussorib. parte secunda, capitulo tertio, fol. mihi 317. Anton. Hering. in tracta. de fideiussorib. capit. 25. nu. 10. cum sequent.

4 Ex tot & tantis limitationibus quas notant prædicti DD. vnam hic scribere volo, quæ est de iure communi vera, & approbatur à Ritu nostræ Mag Reg. Cur. 128. ibi si fuerit causata exequtio contra fideiussorem virtute noui Ritus incontinenti non expectata satisfactione, nec sententia possit fideiussor ipse facere exequtionem contra debitorem pro quo fideiussit in eius bonis, seu persona si tamen personaliter obligetur ad electionem ipsius fideiussoris, seu eius hæredum, nec eo casu debitor cedendo bonis liberetur hoc etiam est dispositum à lege communi, nam fideiussor, qui pure ex forma guarentigiæ, vel ex alia scriptura, quæ haberet exequutionem paratam posset conueniri potest antequã soluat agere contra principalem debitorem, vt notat Afflict. decis. 247. nume. tertio, Andreas Gail practic. obseruat. libro secundo, obserua. 29. Surdus decis. 94. nu. 5. Vincent. de Franch. decis. 414. Petrus Caballus cons. 12. nume. secundo, vbi nume. 5. & 6. dicit hoc idem esse quando fideiussor est obligatus per librum mercatoris, vel per aliam scripturam priuatam, quæ ex forma statuti paratam haberet exequtionem Pirr. Maurus capitu. 3. num. 10. lib. 2. de fideiussorib.

SVMMARIVM Cap. 31.

1. *Periurus in iudicio non auditur.*
2. *Periurus non potest obtinere literas de manutenendo in possessione.*
3. *Periurus post in cursum periurium non auditur etiam si habuerit absolutionem, nisi absolutio fuisset obtenta etiam a periurio incurso.*
4. *Periurium an impediat compromissum fieri.*
5. *Periurus potest repelli etiam ex officio iudicis vbi pars non opponit impedita secus si non fuerit impedita.*
6. *Periurus non auditur etiam si vellet petere absolutionem a iuramento.*
7. *Periurij exceptio non impedit litis ingressum vbi requirit altiorem indaginem, & quando dicatur requirere altiorem indaginem:*
8. *Periurij exceptio an hodie admittatur de stilo curiæ.*
9. *Periurus an audiatur vbi ageret procuratorio nomine.*
10. *Periurus auditur quo ad alias actiones super quibus non est iuratum.*
11. *Hæres periuri an teneatur de periuria defuncti, & iuramentum an trans-*

rium impedit compromiſſum fieri ſtante ſtatuto quod inter coniunctos cauſæ debeant compromitti prout generaliter extant in Italia, & eſt ratio, quia exceptio, quæ impedit proceſſum impedit etiam compromiſſum, vt not. per Baldum in l. fratris, C. de tranſaction. Corn. conſil. 90. columna penult. ad finem, volumine primo, & Capyc. deciſio. ſexageſimaſexta, numero 3. & DD. communiter tranſeunt in iſta opinione.

5 Ampliatur quarto, quia non ſolum periurus repellitur ab agẽdo, ſi hoc pars petierit, ſed etiam ſi non petierit ob aliquod impedimentum, quia poterit Iudex ex ſuo officio talem periurum repellere, & non audire, Surd. conſil. trigeſimoſeptimo, numero ſecundo, ſecundum Ancharan. in conſil. 370. & Bolog. conſil. vigeſimogeſimo octauo, verſicul. plus dico.

Sed aduertendum eſt in hoc vt procedat vbi pars fuit legitimè impedita, ſecus ſi non adeſſet impedimentum, & pars non excipit ante litem conteſtam de periurio, nam tunc cenſetur exceptio periurij remiſſa, Crauetta conſil. octuageſimoſeptimo, numero quarto, Afflictus, & alij quos Seraphin. priuileg. vltimo, numero decimo octauo. Addit. ad Iulium Clarum in ℱ. periurium litera D. vbi allegat alium conſil. Crauett. 199.

6 Ampliatur quinto procedere etiam ſi vellet petere abſolutionem à iuramento, vt per Felyn. & omnes in capitulo primo, de iure iurand. Gratus reſponſ. 118. nu. 6. lib. 2.

7 Limitatur primo, quod non procedit quando exceptio iuris iurandi, vel periurij requireret altiorem indaginem, quia tunc non impediret proceſſum inchoare, nec litem conteſtare, ſed Iudex deberet reſeruare ad merita cauſæ, & procedere ad vlteriora lite conteſtata, Bartol. in l. nam & poſtea, & ibi etiam Bald. & communiter Doctores de iureiurando, Bartol. in l. ſi quis C. de poſ. & in l. ille à quo ℱ. ſi de teſtamento, & ibi etiam Alexand. & alij ad Trebellian. DD. in capitul. cum contingat de offic. delegat. Paul. de Caſtr. in l. ait prætor la ſecunda, in principio de iure iurand. Aretin in conſil. nonageſimonono, & Gratian. libro 1. reſpon. 15. nume. quadrageſimoſecundo, quando autem dicatur exceptio requirere altiorem indaginem declarat Bartol. in l. ſi is à quo in princip. vt in poſſ. legat. & in l. quarta, ℱ. condemnatum, & ibi nuncupatim, Alexand. de re iudicat. Bald. Salycet. & alij in l. ſecunda, C. de edict. diui Adrian. tollend. Marant parte ſexta, cap. aduertatur circa exceptiones præpoſitas num. 16.

8 Sed hodie innoleuit in magna cura nostra praxis, vt actor in eius petitione, seu libello petat declarari debere non obstare sibi aliquam exceptionem impedientem litis ingressum, scilicet iuris iurandi rei iudicatę, pacti de non petendo, transactionis, præscriptionis, & similium quo declarato facit petitionem suam, & sic exceptiones prædictæ, siue friuolę, siue subsistentes reseruantur ad merita causæ Gratia litium breuiendarum de duobus iudicijs fit vnum de qua practica testantur Petr. de Gregor. de iudic. causar. feudal. quæstione decimaquarta, Intrigliol. de feudis, centur. secunda, artic. 96. numero sexagesimo sexto, Cumia super Ritu cap. quadragesimosecundo, num. 47.

7 Limitatur secundo vbi ageret procuratorio nomine, quia quãuis esset periurus quo ad se non tamen repelleretur, quia posset esse procurator Seraphin. de priuileg. iurament. priuilegio 174. nume. 17.

Idem dicendum vbi iuramentum esset per eum præstitum tutorio, aut curatorio nomine, aut nomine vniuersitatis per Iuratos, aut Sindicum, aut aliter administratorio nomine, nã possent deinde agere non obtenta iuramenti absolutione, vt bene declarat Anton. de Butrio in capitu. cum venissent de cõstitutionibus Ioannes Paulus Cualterius in practic. instrumentaria criminali tertia parte, fol. 130. numero decimoquarto.

10 Limitatur tertio, vt non procedat quantum ad alias actiones super quibus non est iuratum, quia cum respectu illarum non dicatur periurus non repellitur ab agendo, & consequenter non impeditur litis ingressus DD. in leg. si quis maior vbi etiam Glos. in ver. actione, C. de transactionibus, Felyn. in capitu. dilecti filij, numero secundo, de exceptionibus vbi Decius tertio not. & est communis conclusio, vt testatur Additio ad Iul. Clarum, §. periurium lit. D.

11 Limitatur quarto in hærede iurantis, qui non obseruando iuramentum præstitum à defuncto non incidit in periurium etiam si fuisset iuratum pro se, & hæredibus, quia licet possit quis corporaliter hæredem sibi futurum obligare non tamen potest spiritualiter, nec tenetur hæres sequi voluntatem defuncti in spiritualibus, capit. primo, de sponsalibus impuberum, & iuramentum est quid personale, & ideo iurantis personam non transgreditur Seraphin. priuil. vltimo, nume. 4.

12 Limitatur quinto, vbi periurus se defenderet, nam licet agendo repellatur non tamen se defendendo, Honded. consil. decimo-

mo octauo, numero 53. libro primo.

13 Limitatur sexto, vbi alia pars non obseruasset contractum ex parte sua, quia alius non obseruans non efficitur periurus, & potest audiri, l. cum proponas, C. de pactis, capitu. sicut de iure iurando facit quòd voluit Romanus consil. 155. numero septimo. vbi quis non incidit in pęnam ex in obseruantia laudi si altera pars similiter non obseruat.

14 Limitatur septimo, quando ex iusta, & rationabili causa non obseruaret iuramentum, quia non obseruando legis authoritate nō efficitur periurus, text. in l. final. ad municipalem, l. Crachus, C. de adulterijs, Romanus consil. 429. vbi Iudex, qui iurauit obseruare statuta non incidit in periurium si ex iusta, & rationabili causa non obseruaret debet tamen esse talis per quam impediatur impleri iuramentum cap. ad nostram de iureiurando, Gozadin. cons. 69.

15 Nono limitatur, in periurio culposo, nam quod diximus de periuro quod repellatur a iudicio intelligimus de doloso, & periurio consumato, sed non del culposo, Plotus de in litem iurando, §. quinquagesimo, numero quinto, Mascardus conclusio. 1168. numero vigesimo octauo, Farin. quæst. quinquagesima septima, art. 6.

Procuret igitur actor absolutionem, seu veniam ad effectum agendi si non vult a iudicio repelli, quæ absolutio, seu venia ad effectum agendi concedi solet, & debet ab Episcopo loci, in quo iuratum est, vel ab Episcopo originis cui iurans subest, & inter istos Episcopos datur præuentioni locus, vt tenet Caldermus cons. sil. sexto, per totum, & consil. septimo, de iureiurando, quinimo sede vacante capitulum locum Episcopi tenens potest huiusmodi iuramenta relaxare, & veniam ad effectum agendi concedere, vt tenet Zabarella consil. trigesimoquinto, numero tertio, nam capitulum in casu prædicto præter ea, quę sunt ordinis circa quos viciniorem Episcopum consulere debet omnia potest cap. si Episcopus vbi gloss. in ver spiritualibus de supplend. negligent. prælat. Federicus de Senis cons. quadragesimo, & consil. 30. volum. primo. Marchesan. de commiss. parte tertia, capitulo secundo, §. secundo, numero quatto, folio 111.

Et ista relaxatio iuramenti, seu venia ad effectum agendi solet Episcopus concedere parte incitata, & irrequisita, secundum Abbatem consilio decimosecundo, numero quinto, & sexto, volum. secundo, ratio est, quia ex iuramento turpiter recepto acquiritur Deo, & non parti ius merito

Epi-

tantum ad incurrendas pœnas periurij necessarius est dolus, Baldus in l. obseruare, ff. proficisci de officio proconsulis Iason. in l. qui iurasse, numero nono, de iure iurando, & l. videamus, numero sexto, de in litem iurando Gratus consilio decimo quinto, numero vigesimosecundo, volumine primo, Anton. Gabriel de transactionibus conclusio. prima, numero quinquagesimoquinto, Seraphin. de priuilegijs iuramenti priuilegio trigesimo secundo, numero decimo secundo, Tiberius Decianus tractat. criminali libro sexto, capitulo vndecimo, numero decimo quarto, tomo secundo, & quod requiratur dolus ad incurrendam pœnam, Iason. in l. si quis maior C. de transactionibus, Cepoll. consil. ciuili decimo octauo, numero quarto, Bellamera consil. nono, Bossius titu. de periurio, numero quinto, Alexand. consil. nonagesimo secundo, numero decimo tertio, libro primo, Rolandus consil. 352. numero 5. 7. & 8. lib. primo, consilio 340. numero sexto, lib. secundo, late Vincent. Carrotius de exceptionibus, except. quadragesimanona, nu. 80.

17 Vltimo si uis scire quid sit iuramentum suppletorium, & quando deferatur quid iuramentum in litem, & quando deferatur vltra Plotum in suo pulcherrimo tractatu de in litem iurando, Maranta in suo speculo aureo, parte sexta, actu nono, & fere omnes Doctores adducit Farinacius in suis fragmentis ver. iuramentum, & quid sit iuramentum assertorium quid promissorium quid confirmatorium quid iuramentum fidelitatis, & si Baro possit sine mandato Regis exigere iuramentum fidelitatis a vassallis, & de iuramento quod vocant ligij quid sit, & in quo differat a iuramento fidelitatis, Robertus Maranta vbi supra, & de effectibus iuramenti homagij, & ligij, Marta in tractat. de iurisdictione libro primo, cap. 27.

Laus Deo Beatæq; Mariæ Virgini eius Matri.

F I N I S.

INDEX
OMNIVM RERVM, ET LOCORVM,
QVAE IN HOC TRACTATV DE LEGITIMAtione personæ in iudicio comparentis continentur.

A 3.nu-

B

H

INDEX.

B

præ-

I N D E X.

INDEX.

rato-

Fal-

Sti-

FINIS.